(3) *Joannis Bont Cancellarii Ducum Brabantie*) nempe *Antonii* & *Joannis* IV. *Edmundus Dinterus*, *Philippi* I. Burgundionis ac Brabantiæ Ducis Secretarius, apud Butkens Troph. de Brab. tom. 2. p. 346. nov. edit. ita habet: *Inſtituit etiam & ordinavit ſpectabilem & egreginm utriuſque juris Doctorem magiſtrum* Joannem Bont (*qui ſupradictis Duci* Anthonio *ſuo genitori &* Joanni *Duci Brabantiæ ſuo fratri hactenus laudabiliter ſervivit*) *in ſuum Cancellarium Brabantiæ.* Munus ac dignitatem Cancellarii abdicavit anno 1429. ut eſt in faſt. Acad. Lovan. ipſe ordinis Eccleſiaſtici vir, ut ex ejus epitaphio in æde Sacra Sanctæ Gudulæ Bruxellis, liquet:

D. O. M.

JOANNES BONT, *hujus Eccleſiæ Canonicus & Theſaurarius, Archidiaconus Faminiæ* * *& Metropolis Cameracenſis Canonicus & Theſaurarius, Brabantiæ Cancellarius ab anno M. CCCC. XXVII. Obiit anno M. CCCC. LIII.* Butkens loc. cit. p. 360. Obſervo, id epitaphium diu poſt mortem, *Joannis Bontii* poſitum eſſe, cùm Cameracenſis ibi Eccleſia dicitur *metropolitana*, quæ ad hanc dignitatem non fuit evecta niſi anno demum 1561. ſub PIO IV. ſubjecta antehac Eccleſiæ Rhemenſi. Valerius Andreas in faſtis Academ. Lovan. *Joannem* dicit, *primum Brabantiæ Carcellarium.* Contradicit Butkens cit. p. 342. qui ante hunc numerat *Petrum a Camdonga* vel *de Camdonck*, & innominatum Abbatem Affligenienſum, Brabantiæ Cancellarios

* In Eccl. Leodiens.

bile Anglicanum upte xxiiij. mets lants in Scacamp.

Anno Dni M. CCCC. XXVII. die xj. Junii obiit honeſta matrona *Maria fil. Petri*, uxor quondam *Theodorici fil. Egidii*, quæ legavit Capitulo pro memoria ſua *duas Coronas Francie*, de quibus pauperibus duo octualia tritici debent erogari. Capellanis ad miſſam & Vigilias venientibus, & ſepulchrum viſitantibus duo groſſi uſuales. Reſiduum inter præſentes Canonicos una cum Curato. Aſſecurat. *upte xlj. & 3ª parte gouden Rynsgulden in Scudeborſe.* In antiquo libro memoriarum habetur: aſſecurat. ſuper terram in *Weſtenryck* emptam erga xxxiiij.
Dnum *Jo. Robyn.* facit hic libere. ſt.

12 B

13 C Anno Dni M. CCC. XCVII. obiit Dnus *Jocobus fil. Petri Regnerii*, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *derdaelf gemets* (4) *lants in Spikenis, geheten tprieel, ende bruyckt Gerit Geritſz, tmet voir xxxij. ſt.* facit hic iiij. fl. Nunc colit *Cornelis Corneliſz tSpikeniſſe tmet om xxxvj. ſt. Die cortinge moet* iiij. ſt.
daer aff gaen. Facit hic. x. ſt.

Anno Dni M. CCCC. L. obiit *Aleidis* uxor *Gysberti fil. Joannis*, quæ legavit Capitulo pro memoria ſua, patris ac matris & ejus mariti *j. pondt hollants upte xljx. mets in Schude.*

14 D

15 E Anno Dni M. CCCCXVII. obiit Dnus *Florentius de Alcmade* quondam Decanus hujus Eccleſie, qui legavit pro memoria ſua

Derdaelf gemets) id eſt: twee gemeten en een half. His verbis ſupraſcriptnm eſt: *ij. ghemet lants.*

ſua Lij. ſt. Holl. upte xlj. Renenſes in Scud^e. facit hic. xxxjx.ſt.

Anno Dn̄i MCCCCXXXII. obiit *Franco fil. Witmanni* qui legavit pro memoria ſua *j. pondt Holl.* inter præſentes. *upte xlj. Renenſ. in Scud^e.*

16 F Anno Dn̄i MCCCCXXXVII. obiit Dn̄us *Nicolaus de Rotterdamis* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *unum nobile Anglicanum upte xlj. Renenſibus in Scud^e.*

Anno Dn̄i MCCCCXCVII. obiit Venerabilis Dn̄us Mḡr. *Henricus fil. Nicolai* aliàs *Roo de Brielis* Canonicus hujus Eccleſiæ, qui legavit pro memoria ſua *unum nobile Anglicanum.*

17 G Anno Dn̄i MCCCCXVIII. obiit Dn̄us *Petrus fil. Halluin* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *lij. ſt. Holl. aſſecurat. upte xlj. Renen̄. in Scud^e.* facit. xxxjx. ſt.

18 A Anno Dn̄i MCCCCLIV. obiit nobilis Dn̄a, Dn̄a *Beatrix*, (5) Dn̄a de *Putte* & de *Stryen* &c. quæ legavit cuilibet Choriſocio duos groſſos, celebrantibus tres groſſos. *In margine*: Solvit Reddituarius patrie de Putte.

19 B Anno Dn̄i MCCCCXV. obiit Dn̄us *Arnoldus Craen* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua annue facienda *iij. fl. xix. ſt. iiij. d. Hollans*, aſſecuratos ſuper terris in *Portegael* & *Oudevliet*. facit hic. ij. fl. xjx. ſt. iij. d.

An-

(5) *Beatrix*) de qua dixi ad Chartam VIII. n. 3. Adde, quod ei in dominiis *Puttena* & *Stryena* ſucceſſerit *Oda* ſoror nupta *Guillielmo Hornano*, & Vide ſtemma genealogicum ad Chartam II. n. 3.

Anno Dni mccccliii. obiit Dnus *Philippus de Heenvliet* Vicarius hujus Eccleſie qui legavit Capitulo pro memoria ſua *unam libram Holl. upte xljx. mets in Schude*

20 C Anno Dni mccccviii. obiit Dnus *Joannes Moert* (*a*) Canonicus hujus Eccleſie, qui miſere fuit trucidatus in domo ſua cum ancilla & filiolo ejusdem ancille, a quibusdam oppidanis duce Capellano &c. & legavit Capitulo pro memoria ſua *xl. ſt. Holl.* prout habetur in Memoria *Gerardi Dullaert* xxv. Martii facit ergo hic. xxx. ſt.

21 D

22 E Hodie eſt feſtum *decem milium martyrum* (6) compoſitum (7) per honorabilem virum *Ilymum fil. Joannis* Et ut iſtud feſtum ſolemnius peragatur cum ſuis propriis hiſtoriis (8) & cantu in omnibus horis & in ſumma miſſa in alteri Sancti Anthonii, aſſignavit Capitulo *duas lib. Holl.* de quibus Capitulum miniſtrabit cuilibet vicario ſive capellano, organiſte & tympaniſanti duos groſſos, predicanti quatuor groſſos, choralibus ſimul ſex groſſos. Reſiduum inter præſentes Canonicos. Et ſunt aſſecurate ſuper domum Sancti Georgii quam emit Magiſter *Symon Theobaldi* Canonicus, ab executoribus Dni *Rumoldi fil. Rumoldi* quondam

(*a*) Hujus infandæ cædis, ac triplicis homicidii hiſtoria legitur apud *Gouthoven* fol. 425. ubi Canonici nomen: *Joannes Moer.*

(6) In Auctariis ad martyrologium Uſuardi legitur ad hunc diem (in edit J. B. Sollerii pag. 354.) *apud Alexandriam in monte qui vocatur Ararath, paſſio martyrum decem millium.*

(7) De *feſtis compoſitis* Vide dicta in notis ad menſem Januarium, n. 10.

(8) Acta horum martyrum fabuloſa cenſet Sollerius ſup.

dam Canonici. Et pro nunc ſunt aſſecurate ſuper domum quam olim ſolebat inhabitare Dnus *Jacobus fil. Joannis*, & nunc poſſidet idem magr *Symon Thebault*. omnibus deductis *blyſt*. xxvj. ſt.

23 F

24 G NATIVITAS BEATI JOANNIS BAPTISTE. VINALE.

In antiquo libro memoriarum habetur: hodie eſt feſtum compoſitum per Dnum *Joannem Boy* quondam Canonicum. Et eſt aſſignata quædam præſentia de *tribus libris Holl.* inter præſentes Canonicos.

25 A Hîc fiet memoria *Adriani Wolbrandi* & uxoris ejus ac parentum & benefactorum eorumdem, qui legaverunt Capitulo pro memoria ſua medietatem cujuſdam pecie terre jacentis in *Wolfaershouck* quantitatis in toto vij. menſurarum & duarum linarum. (9) Et colit *Heer Lebuyn Adriaenſz t'Spikenis tmet voir xxvij. ſt.* Et de his fient due memorie, una hic & alia xvj. Martii. Et hic diſtribuitur pauperibus unum octuale tritici. Reſiduum inter præſentes Canonicos. Facit in iſta memoria *Lj. ſt. en een blanck.* Colit nunc *Pieter Aperſz tmet voer xlvij. ſt.* omnibus deductis facit hic libere. iiij. ſl. iij. ſt. j. d.

26 B

27 C Anno Dni M. CCCC. obiit Dnus *Petrus fil. Heymanni* Curatus de *Woensdrecht*, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *een pondt Holl.* inter præſentes Choriſocios *upte xljx: mets lants in Scudᵉ.*

Anno

(9) De *lina*, een *lyne*, dixi in notis ad menſem Februarium n. 1.

Anno Dnī MCCCC. in Civitate Colonienſi obiit nobilis Dnā, Dnā *Anna de Lynninghen* Dnā de *Gaesbeke.* (10)

28 D Hic fit memoria *Hugonis Blyck* & magiſtri ſui pie memorie *Theodorici Bruyn* quondam theolenarii de Geervliet, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *een pondt Holl. upte xxiij. mets in Scud^e.* Require 17 Februarii.

29 E PETRI ET PAULI APOSTOLORUM. VINALE.

Ex antiquo libro memoriarum: Memoria Dnī *Petri Poſt* quondam Canonici hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo xxxv. *ſl. Holl.* annuatim ſuper terram quam Capitulum emit erga *Wilhelmum Michael, ende bruuct nu Johan Heynenſz.*

30 F

JULIUS.

1 G MEmoria Dnī *Bernardi de Daventria mit een pondt Holl.*

2 A VISITATIO BEATE MARIE VIRGINIS. VINALE.

Anno

(10) Conſonat Miræus in Diplom. tom. 1. pag. 784. *Suederus de Abcoude Dominus Gasbecæ*, 1369. 1382. *duxit Annam filiam Comitis Lignæ, obiit* 1400. Eſt mater *Jacobi* ultimi Dnī de Gaesbeeck. Butkens trophées de Brabant tom. 1. pag. 620. ita notat: *Sweder d'Abcoude Sire de Gaesbeecke, Putte, Stryen &c. eſp. Anne Comteſſe de Leyningen. Il mourut* 1400. In Necrologio Cartuſiæ Ultrajectinæ apud Heuſſ. Hiſt. Eccl. Ultraj. p. 153. col. 2. alius adſcribitur dies. 13. *Kal. Julii, obiit nobilis Anna, relicta quondam Dnī de Gaesbeeek fundatoris noſtri.* Qui eſt dies 19. Junii.

3 B Anno Dn̄i mccccxxx. obiit *Eliſabeth Willoys* que legavit Capitulo pro memoria ſua, & filii ſui Dn̄i *Witonis* Curati quondam in *Hekelingen*, quamdam pieciam terre ſitam in *Geervliet* quantitatis unius menſure & quinquaginta virgarum, dic̄te *tpoldermeetken*. Et colit *Claes Gyſen tmet voer xxxjx. ſt.* facit hic ij. fl. v. ſt. vj. d. ij. fl.
Nunc colit Heer Deecke Meeſter *Jooſt* vj. ſt.
Reynierſz om xl. ſt. facit hic. viij. d.

4 C Anno Dn̄i mccclIV. obiit Dn̄us *Rodolphus* qui legavit Capitulo inter præſentes Choriſocios dividendo *j. lib. Holl.* aſſecurat. ſuper domum *Petri Adriaenſz in de Moleſtrate*.

Anno Dn̄i mccclviii. obiit Dn̄us *Arnoldus Waeyenburch* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo *xxj. ſt. Holl.* ſuper terris in *Portegael*. Require prima die Februarii. In antiquo libro memoriarum habetur quod legavit memoriam argenteam in *Portegaele xl. ſt. Holl.* facit xv. ſt.
hic. jx. d.

5 D Memoria Dn̄i *Roberti Oſſenſis* qui legavit Capitulo *een pondt Hollants* ſuper terris in Portegael. Et fit quater in anno, in qualibet j. lib. Holl. prima hic, ſecunda 5 Octobris. Tertia 5 Januarii. Quarta 2 Aprilis.

6 E

7 F Anno Dn̄i mcccclxiii. obiit Dn̄us *Petrus Ilini* Vicarius beate Marie Virginis, qui legavit capitulo pro memoria ſua annue facienda *j. lib. Holl.* inter præſentes choriſocios *upte xxiiij. mēts lants in Scacamp.*

8 G Anno Dn̄i mccccxxxiii. obiit Dn̄us *Theodoricus Ruyt* Canonicus hujus Eccleſiæ, qui le-

legavit Capitulo *unum Nobile Anglicanum* ſuper *Kyſhil in Schud*. ſive xlj. Rynsgulden.

9 A Anno Dni MDVI. obiit honeſtus ac diſcretus vir *Adrianus fil. Wilhelmi*, aliàs *thart van Leyden*, Theolenarius Geervlietenſis, qui legavit Capitulo pro memoria ſua ij. lib. Holl. De quibus Capitulum miniſtrabit Curato duos ſtuferos, cuſtodi unum ſtuferum, reſiduum inter Canonicos præſentes. Et ſunt aſſecurate *up dat pondt groot lifrente gecoft Adriaen Janſz in Hekelingen by de wacht.* facit. xxx. ſt.

10 B

11 C Anno Dni MCCCCXXV. obiit honeſtus vir *Ockerus fil. Nicolai*, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *een pondt Holl.* ſuper domum *Adriani fil. Petri Schoenmaker.*

12 D Anno Dni MCCCCXXX. obiit *Petrus fil. Regnerii*, qui legavit Capitulo *ſeptem florenos Bavarie* (1) de quibus fiunt due memorie, una hic, & alia 3. Auguſti, in obitu *Aleydis fil*. *Petri Regnerii*, de quibus miniſtrabuntur hic pauperibus duo octualia tritici, cuilibet Capellano duo groſſi, reſiduum inter præſentes Canonicos una cum Curato. Et de his ſunt quatuor floreni aſſecurati ſuper domum nuncupatam: *in Sancto Georgio.* Et modo ſuper domum Magri *Symonis.* Et duo floreni *upte xljx. mets in Scud*. & ſeptimus florenus ſuper domum

(1) *Floren. Bavarie*) in margine codicis noſtri notatur: *Flor. Bavarie valet xiiij. ſtuf.*

domum *Adriani Stoelmaker*. Facit hic *iij. Schilt*. Et defalcato tritico in qualibet memoria facit. xxxv. ſt.

Hic fiet memoria *Hugonis Blieck* & ſuorum benefactorum *mit een pondt Holl*. Require decima ſeptima Februarii upte xxiij. mets in Scudᵉ.

Anno Dni MCCCCLXXXII. XX. Julii (2) obiit *Wilhelmus fil. Wilhelmi* qui legavit Capitulo pro memoria ſua *j. lib. Holl.* inter præſentes Choriſocios, quam ſolvet Curatus ex certis terris in *Bierte* prout habetur in libro memoriarum *Sancti Spiritus*.

Duodecima die hujus menſis fiet feſtum beati *Rumoldi* compoſitum per honorabilem Virum Dnum *Rumoldum fil. Rumoldi de Brielis* Canonicum hujus Eccleſie. Qui, ut feſtum iſtud ſolemniter cum propriis hiſtoriis & cantu celebretur, aſſignavit Capitulo *duas libras Holl.* quas ſolvet Dnus *Hugo de Sancto Leodegario* ex illis xxxvj. flor. quos a Capitulo recepit. Require infra prima die menſis Februarii in memoria dicti Dni *Rumoldi* facit hic. xxx. ſt.

13 E

14 F

15 G MARIÆ MAGDALENÆ. VINALE.

In antiquo libro memoriarum. Hoc die eſt feſtum compoſitum per Dnum *Boy* Canonicum hujus eccleſie. Et eſt aſſignata quædam preſentia inter preſentes Canonicos.

16 A DOMINICA ANTE JACOBI DEDICATIO ECCLESIE. VINALE.

An-

(2) Quare igitur hoc loco? Non reperi cauſam.

Anno Dñi MCCCC. obiit *Henricus de Drencwairde* & Bela uxor ejus qui legaverunt capitulo quartam partem fructuum de ſex menſuris terre cum lina (3) *in Geervliet by den Grienten wech.* Et de his fiunt adhuc tres memorie, ſcilicet *Corninck Peterſz*, *Philippi Janſz*, & *Hildegondis* ejus uxoris. Et colit *die erfgenamen van Aechte up die Weye tmet voir xlij. ſt.* In qualibet memoria *iij. Rinsguld. ende vj. ſt.* Et fit una memoria hic, ſecunda 9. Auguſti. tertia 3 Octobris. & quarta 21. Novembris. Nunc conduxit Mgr *Cornelius van Drinckwerde tmet om l ſt.* facit hic. iij. ſt. xjx. ſt. ii. d.

17 B Anno Dñi MCCCCXLI. obiit *Wynen Petri Coſtinſz* q. legavit Capitulo pro memoria ſua *j. lib. Holl.* inter præſentes choriſocios *up v. lynen lants in oude Marckenburg.* pertinentibus Domicelle *Deſpegne.*

18 C

19 D Anno Dñi MCCCLVIII. obiit Dñus *Arnoldus de Stryen* Capellanus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo j. *pondt Holl.* inter præſentes Choriſocios *upt Heer Thomaes Janſz huys van Zwanenburg, dat Meeſter Dirck van Stryen was inde Tolſtrate.*

20 E Hodie, hoc eſt altera die *S. Chriſtifori*, (4) eſt feſtum compoſitum beate *Anne* matris

(3) *In margine ſic*: „ Nota, antiquum Regiſtrum pro memo„ riis hic habitis continere ſeptem menſuras cum una lina. „ Vide ibidem in litera K. “

(4) Deſcribo prout reperio. Hæc apponenda erant diei vigeſimæ ſextæ hujus menſis. *Altera ſancti Chriſtifori*, eſt, poſtridie ejus diei. Atqui *S. Chriſtophorus* martyr colitur die 25. Julii, & feſtum S. *Annæ* Matris Beatiſſimæ Virginis, eſt aſſignatum diei vigeſimæ ſextæ menſis Julii. Sed Necrologus jam plus vice ſimplici anteponit poſtponenda, & vice verſâ.

tris glorioſe Virginis per *Cornelium filium Petri*. Et ut hoc feſtum ſolemnius peragatur cum ſuis hiſtoriis propriis, aſſignavit capitulo *ij. lib. Holl. upte vier mets lants in Geervliet upt Nachtwaelcken.* De quibus Capitulum miniſtrabit cuilibet Capellano, organiſte, tympaniſte, cuſtodi, rectori ſcholarum duos groſſos, choralibus ſimul quatuor groſſos. Inter præſentes Canonicos reſiduum. Et colit dictas terras *Arent Luuſz.* facit hic libere. xxviij. ſt.

21 F Anno Dn̄i MCCCCXL. obiit *Ockerus fil. Wilhelmi* qui legavit Capitulo *xxx. ſt. Holl.* inter præſentes æqualiter dividendos, *up twee meten lants int Hogelant t'enden die hoegeweyde toebehoerende Katerine Jacobi Calficis.* facit hic. xxij. ſt. vj. d.

22 G Anno Dn̄i MCCCCLIII. obiit *Jacobus fil. Joannis textoris*, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *ij. lib. Holl.* inter præſentes, de quibus pauperibus duo octualia tritici debent erogari. Et de his duabus libris ſunt aſſecurati *xvij. ſt. up Gerrit Aertſz lanthuys upte Spoye.* Et reliqui *xij. ſt. upte xljx. mets lants in Scudeboerſe. Blyft ſuuver.* xvj. ſt.

Anno Dn̄i MCCCCXLVIII. obiit *Diewera fil. Joannis* quæ legavit præſentibus choriſociis *xxv. ſt. Holl. upte xljx. mets in Scud^e.* facit. xviij. ſt. jx. d.

23 A Commemoratio anime honorabilis Viri Dn̄i & Magiſtri *Joannis de Zuylen*, Decretorum Doctoris, quondam Canonici hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua ter in anno facienda, *in qualibet ſex florenos Renenſes communes*, aſſecuratos *upte vj. mets lants in Kyfhil, en upte xlj. ende een dordendeel gouden Rynsgl. in Scud^e.* Et pau-

pauperibus diſtribuentur in qualibet memoria duo octualia tritici. Vide 9 Decembris. facit libere. v. ſt. vj. ſt.

24 B
25 C
26 D
27 E
28 F
29 G
30 A
31 B

AUGUSTUS.

1 C Memoria Dn̄i Bernardi de Daventria quondam Canonici hujus Eccleſie, *mit j. lib. Holl.*

2 D Hic fiet memoria *Haze fil. Petri*, que legavit Capitulo unum flor. Bavarie inter preſentes dividendum, aſſecuratum ſuper xxiij. mētš in Scud^e

Iſto ſecundo die menſis Auguſti anno Dn̄i MDXVIII. obiit Dn̄us & Magiſter *Damaſus de Bronckhorſt*, Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua annue facienda prout moris eſt, *quinque libras groſſorum monete Flandrie.* Ex quibus ij. *lib.* quos ſolvet *Cornelius fil. ejus.* Et ſic primo fuit computatum anno xxij. Quare hic. ij. ſl.

Manu recentiore: Anno 1573. 2. Auguſti obiit Vene^lis Decanus primus Haerlemenſis, *Georgius Leſtainier.* (1)

An-

(1) *Georgius Leſtainier*) antea Canonicus Geervlietenſis, ut eſt

3 E Anno Dn̄i mccccxxx. obiit honeſta matrona *Aleydis fil. Petri Regneri*, que legavit Capitulo pro memoria ſua *tres flor. Bavarie cum dimidio*. Require xvij. Julii in memoria *Petri fil Regneri*. De quibus duo octualia tritici debent erogari, cuilibet Capellano duo groſſi, reſiduum inter præſentes Canonicos una cum Curato. facit iij. *ſchilt*. Facit hic libere. xxxv. ſt.

4 F Anno Dn̄i mcccc. obiit *Wynen Hallinich* que legavit Capitulo quamdam pieciam terre, ſcilicet quartam partem fructuum ſex menſurarum terrarum jacentium in *Geervliet in den Noorthouck ſuper xxv. Rouen*, quos colit *Beye die backer, en heeft overgenomen Cornelis Corneliſz in de Nieuwſtrate tmet om xxxij. ſt. facit jx. Rynsg. en jx. ſt.* De his adhuc fiunt tres memorie prout habetur in memoria *Bethonis Nicolai* xviij. die Februarii. facit in qualibet memoria xlvij. *ſt. en een oergte.* Nunc colit *Doen Janſz* iij. fl.
tmet om xlij. ſt. facit hic. ij.ſt. 1. d.

5 G Hic fiet feſtum compoſitum glorioſe Virginis *Marie ad Nives*, compoſitum Anno mccccLxiii. per Dnum *Theodoricum Moert*

eſt in Charta XXXIII. Erat Decanus Geervlietenſis, cùm erigeretur eccleſia parochialis S. Bavonis Harlemi, in Cathedralem, & Capitulum inſtitueretur ex Canonicis Geervlietenſibus, & ex Canonicis Regularibus Cœnobii Heyloënſis. *Godefridus a Mierlo* ſecundus Epiſcopus Harlemenſis, novæ Cathedralis Eccleſiæ Dignitates deſignaturus juxta Bullam Pii IV. qui mandaverat, ut *quilibet in ſuis dignitate & ordine reſidere deberet* Harlemi primum Præpoſitum conſtituit *Jacobum Saſſium*, hactenus Priorem cœnobii Heyloënſis, & primum Decanum. *Georgium Leſtainier*; qui dein, celebratâ ſynodo, etiam deputatus fuit Judex Synodalis, cui cauſæ Apoſtolicæ delegarentur.

Moert Vicarium hujus Eccleſie, qui ut idem feſtum ſolemnius peragatur cum ſuis propriis hiſtoriis legavit Capitulo *vj. ſol. groſſ.* ſuper quamdam pieciam terre & agerem *in den Corendyc*, quam colit *Adriaen Mikielſz.* . . . . . De quibus miniſtrabitur prædicanti de iſto feſto quatuor groſſi, organiſte duo groſſi, tympaniſte duo groſſi. Reſiduum inter preſentes chorifocios. Omnibus deductis *blyft.* xxxij. ſt.

6 A

7 B *Hic eſt feſtum ſolemne Transfigurationis Dn̄i Nr̄i* JHESU CHRISTI compoſitum per Magr̄um *Hermannum Voſtulenſem.* Et ut iſtud feſtum ſolemnius peragatur, legavit Capitulo *ij. lib. Holl.* æqualiter dividend. aſſecurat. ſuper domum Magr̄i *Hermanni Adriani Delphenſis.*

8 C

9 D Anno Dn̄i MCCCCXXII. obiit *Horninck fil. Petri*, qui legavit Capitulo pro memoria ſua annuatim facienda, prout habetur in memoria *Henrici de Drencwaerde xvj Julii*, quartam partem fructuum terrarum ſex menſurarum cum lina in *Geervliet by den Grientenwaech*, quas colit *erfgenamen van Aechte tm̄et voer xlij. ſt.* facit in qualibet memoria *iij. Rynsgl. en vj. ſt.* iij. fl.
Nunc conduxit Balivus om *l. ſt.* In quali- xjx. ſt.
bet memoria. ij. d.

Hic etiam fiet memoria *Jacobi fil. Joannis de Antwerpia*, qui legavit Capitulo *quatuor nobilia* pro memoria quater in anno facienda. Facit in qualibet memoria *unum nobile Anglicanum*, de quibus pauperibus duo octualia tritici debent erogari. Vide 12 Novembris. Facit omnibus deductis. xxvj. ſt.

FESTUM

FESTUM BEATI LAURENTII. VINALE.

10 E Anno Dn̄i MCCCCLI. obiit Dn̄us *Anthonius de Barkel* qui legavit pro memoria ſua *unum nobile Anglicanum upte xljx. gemeten lants in Scude.*

11 F Anno Dn̄i MCCCCXCVIII. obiit *Symon fil. Henrici*, qui legavit Capitulo duas menſuras terre cum dimidia *in Spikenis onder den houck.* Et colit *Jacob Michielſz imet voir xxviij. ſt.* Facit iij. *Rynsgl.* In antiquo libro memoriarum paulo aliter habetur. Nunc colit *Jacob Michielſz imet om xxxvj. ſt.* facit hic. iiij. fl. x. ſt.

12 G Anno Dn̄i MCCCCLI. obiit Dn̄us *Symon fil. Theodorici Kooſen* Capellanus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo *j. lib. Holl.* ſuper domum *Baldewini Vranconis*, quam nunc poſſidet *Claes Corneliſz*, *en is verbrant aen de Vuſte ſtrate.* *nihil.*

13 A Anno Dn̄i MCCCCLIV. obiit *Hector van Clingen*. qui legavit Capitulo *j. lib. Holl.* equaliter dividendo, *upte xxiij. mets in Scudeboerſe.*

14 B Anno Dn̄i MDXVIII. obiit *Matthias Nicolai* & *Anthonia fil. Balduini.* ejus uxor, qui reliquerunt Capitulo pro memoria ſua annue facienda prout moris eſt, duas menſuras terrarum cum dimidia ſitas in *Fyckershyl.* Et *Adrianus Jacobi* accepit iſtas menſuras in ſimul pro tribus florenis Renenſibus, & de illis accipientur duo octualia tritici pro pauperibus, & paſtor habebit duos ſtuferos & cuſtos unum ſtuferum. Reſiduum inter præſentes Canonicos. ij. fl. Quare hic libere pro Dominis: iij. ſt.

Poſt obitum ejuſdem *Adriani Jacobi* nunc colit

		colit *Staes Janſz in Biert tmet om xl. ſl.* *blyft* omnibus deductis.	iiij. fl. iij. ſt.
15	C	ASSUMPTIO BEATE MARIE VIRGINIS. VINALE.	
		Anno Dni MDXVIII. ipſo die *aſſumptionis* obiit Dnus *Joannes Buillot* perpetuus Vicarius Vicarie *Marie* Virginis in Geervliet, qui reliquit pro memoria ſua annue facienda prout moris eſt; *xxv. ſl. Holl.* quos ſolvet Magr *Symon Theobaldi* Canonicus ex illis denariis quos accepit a Capitulo pro emptione hujusmodi reddituum pro denario xiiij. Et primus ejus ſolutionis erit xviij. die hujus menſis anno 1520. Quare hic.	xviij. ſt. jx. d.
16	D	Anno Dni MDXVIII. obiit honeſta mulier *Maria* filia *Thome* uxor *Cornelii* filii *Wilhelmi van Bronchorſt*, quæ reliquit pro memoria ſua Capitulo xxx. *ſl.* aſſecuratos *op ſeven lynen lants aen Doerlo in Geervliet* redimibiles pro tribus libris groſſ. Flandrie ſemel, & dicentur *Vigilie*, & altera die miſſa *de requiem.* (2) Et fiet ſolutio iſto menſe	

(2) *Vigilie . . . . miſſa de requiem*) *Vigilie* ſeu *Vigiliæ*, ſunt preces pro defunctis. Quod nomen in plurali numero poſitum, ſumitur pro *Matutino*, ſeu *hora matutina* officii Defunctorum, quod officium cantant Canonici pridie ejus diei, quo celebrandum eſt anniverſarium, ſeu memoria annua. Monachi Cartuſiani hoc officium perſolvunt omnibus per annum diebus, exceptis feſtis, & pridie feſtorum. Cùm dicitur *Vigilia*, in ſingulari numero, accipitur pro die magnum aliquod feſtum præcedente, quo nonnumquam jejunandum eſt ex præcepto Eccleſiæ. Quales dies ſunt in *Vigilia* S. Joannis Baptiſtæ, SS. Petri & Pauli, Aſſumptiones B. M. V. &c. Habent *Vigiliam* ſine jejunio, feſta Circumciſionis Dni, Epiphaniæ &c. Porro *Miſſa de requiem*, eſt quæ dicitur aut cantatur pro refrigerio animarum fidelium Defunctorum; ſic dicta, quòd Miſſa, ſeu Introitus Miſſæ, incipiat per verbum: *Requiem.*

menſe per *Cornelium van Bronchorſt* maritum dicte *Marie*. Et ita primum ceptum eſt computari anno 1522. Quare hic. xxx. ſt.

17 E Auno Dni milleſimo ccccxxxvii. obiit *Joannes fil. Nicolai de Zevenbergen*, qui legavit Capitulo unum florenum aureum cum dimidio ſuper aggere in *Heckelegem*, & colit *die ſchout van Heeſimonshave Cornelis Corneliſſz.* facit xlij. *ſt.* De quibus chorales habebunt duos ſolidos Holl. & choriſocii communes tam Canonici quam Capellani xviij. *ſt.* Reſiduum inter Canonicos. *En es nu verhuert om xxx. ſt. ende niet mer.* Facit hic. xxx. ſt.

18 F *Manu recentiore*: Anno Dni MDXLIV. obiit Dnus *Matthias Valck de Antwerpia* Canonicus hujus Eccleſie.

19 G

20 A

21 B In Memoria *Jacobi Conzaldi* & *Aleidis Petri*, que fit circa feſtum *Bartholomei*, ſolvit Sancti Spiritûs Rector celebrantibus & ſepulchrum viſitantibus cuilibet ſex groſſos communes. Reliquerunt cuilibet ſacerdoti ad Vigilias & ad ſepulchrum eorum venienti ij. groſſos, & cuilibet miſſam *de requiem* hoc die celebranti tres groſſos, choralibus ſimul tres groſſos. Solvit *Cornelius Ottonis* nomine hæredum.

22 C Hic fiet memoria *Marie Theodrici* que reliquit Capitulo pro memoria ſua unum nobile Anglicanum aſſecuratum ſuper xlj. *Rynsgl. in Scude.*

23 D Anno Dni MCCCCLXV. obiit *Hermannus Chriſtianus Maechs* qui legavit Capitulo pro memoria ſua j. *lib. Holl.* ſuper xljx. *menſuris in Scudeboerſe.*

Hic fiet memoria *Joannis Willelmi* & ejus uxo-

uxoris qui reliquerunt pro memoria ſua ij. *lib. Holl.*

24 E

25 F Anno Dni mccccı. obiit Dnus *Egidius de Zelmonde* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua xl. *ſt. Holl upte xxiij. met in Scud^e.* In antiquo libro memoriarum : ſuper domum *Ghiſe Sanſtmaker* vicinam *Petri Heyne fil.* ab aquilone. Solvet *Joannes Petri.*

26 G Anno Dni mcccLxxxii. obiit Magiſter *Mauritius* hujus Eccleſie Canonicus, qui legavit Capitulo pro memoria ſua quamdam pieciam terre jacentem in Geervliet dictam *Keſelant*, quantitatis trium menſurarum cum quinquaginta Virgatis. Et colit *Betho de Backer*, & accepit a *Cornelio Cornelii in die Nyewſtrate tmet om xxxij. ſt.* facit v. flor. Renenſes *en een braspenning.* Nunc conduxit *Cornelius fil Wilhelmi van Bronckhorſt tmet om xxxv. ſtuuv.* facit *t'ſamen.* v. fl. v. ſt. x. d.

27 A

28 B

29 C *Feſtum ſolenne decolationis Sancti Joannis baptiſte* compoſitum anno Dni mccccxlii. per Magiſtrum *Joannem Pot*, & ut feſtum illud ſolennius celebretur, reddituarius Capituli miniſtrabit certos redditus ad hoc deputatos. *In antiquo libro habetur ſic:* Reddituarius Capituli pro tempore exiſtens diſtribuit Canonicis præſentibus medietatem ſupereſcentie ex annuo & perpetuo pacto quo Capitulum ex ipſius terris & decimis recipit.

30 D In craſtino ejusdem feſti decollationis *Joannis* recoletur memoria dicti Magri *Joan-*

Joannis Pot, parentum & benefactorum ejus. Et tunc miniſtrabit Capitulum rectori ſcholarum, cuſtodi, & quatuor Choralibus cuilibet unum groſſum. Pauperibus unum octuale tritici. Quod non debet hic defalcare reddituarius, eo quod ipſe defalcat prefatum octuale in computatione ſua de his que ſupereſtant de memoria predicta. *In antiquo*: Reddituarius Capituli pro tempore exiſtens diſtribuet alteram medietatem ſupereſcentie ut premittitur de annuo pacto.

31 E Anno Dni MCCCCLXV. obiit *Agatha* quondam uxor *Ottonis Candam* que legavit Capitulo *j. lib. Holl. up Gerryt Adriaenſz huys upte Spoye.*

SEPTEMBER.

1 F Memoria Dni *Bernardi de Daventria* quondam Canonici hujus eccleſie qui legavit Capitulo *j. lib. Holl.*

2 G Anno Dni MCCCCXXXVIII. obiit Venerabilis vir *Bartholomæus fil. Arnoldi de haga comitis*, qui legavit Capitulo *j. lib. Dominorum*, aſſecuratam ſuper aggerem aridum in *Helvelingen en Vrieſlant*. Et colit *Adriaen Janſz up die wacht*. Valet hic. xxij. ſt.

De qua habet Capitulum literam. Solutio *Martini* (1). Hoc ex antiquo libro memoriarum.

Anno

(1) Solutio *Martini*) id eſt, feſto S. *Martini*, xj. Novembris.

3	A	Anno Dni mcccl. obiit Dnus *Gherardus de Gaſtelle* Canonicus hujus eccleſie, qui legavit Capitulo xxxij. *ſt. Holl. facit xxiiij.* Adhuc xx. *ſt. Holl.* ſuper domum *Janneke Prays ande Viſſchers ſtrate.* Nunc combuſta eſt. Adhuc xvij. *ſt.* iiij. *den. Holl.* facit xiij. *ſt. up Neel de mynchuys.* Nunc ſuper domum *Anthonii Molenaer. Deſe ſal betalen half gelt vant Jaer* incipiendo 1514. facit hic nunc ſcilicet 1518. xxxvij. *ſt.* Et quum illa domus *Janneke Prays ande Viſſchers ſtrate* jam reparata eſt anno 1519. ideo computantur xx. *ſt. Holl.* Quare in toto facit hic.	Lij. ſt.
		In margine: ſolutio hujus, *Petri ad vincula.* (2)	
		Anno Dni mccccxlii obiit Magr *Joannes Alatruye* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo *unum nobile Anglicanum* upte xxiij. mets in Scude.	
4	B		
5	C		
6	D	Anno Dni mcccxcix. obiit Magr *Leontius de Haren* bacchalaurius in Theologia, Canonicus hujus Eccleſie qui legavit Capitulo iij. *lib. Holl* ſuper domum *Joannis fil. Maurus*, & ſuper certis terris in *Spikenis. Ende is ſchuldig Gherrit Adriaenſz.* Solutio *Joannis Baptiſte.* (3) Vide antiquum librum. Quare hic.	xlv. ſt.
7	E		
8	F	NATIVITAS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS. VINALE.	
		Hoc	

(2) Id eſt: Kal. Auguſti, quo die celebratur feſtum Sancti *Petri ad Vincula*, ob memoriam catenarum quibus apoſtolus ab *Herode* primùm, dein a *Nerone* Imperatore conſtrictus fuit.

(3) i. e. Feſto Nativitatis Sancti *Joannis Baptiſtæ*, 24. Junii.

9 G Hoc die fit feſtum compoſitum Sancti *Adriani* martiris per Venerabilem Dnum Mgrum *Theodoricum de Stryen* Canonicum hujus eccleſie, qui, ut hoc feſtum ſolemnius peragatur cum ſuis hiſtoriis, & cum miſſa in altari Sancti *Jacobi*, aſſignavit Capitulo *duas lib. Holl.* de quibus Capitulum miniſtrabit cuilibet Vicario ſeu Capellano, organiſte & tympaniſte duos groſſos; prædicanti quatuor groſſos; choralibus ſimul ſex groſſos, reſiduum inter preſentes Canonicos. Et ſunt aſſecurate ſuper domum quam nunc poſſidet *Heer Thomas van Zwanenburgh.* De quo habetur litera ſcabinalis. Ex antiquo libro. facit hic libere. xxiiij. ſt.

10 A Anno Dni MDIV. obiit *Willelmus Boem* qui legavit Capitulo pro memoria ſua *tres florenos Renenſes communes*, de quibus Capitulum miniſtrabit pauperibus duo octualia tritici. Deinceps ſolvet hujusmodi ij. octualia tritici *Anthonius*, incipiendo anno 1519. quare hic libere. iij. ſt.

Hic etiam fiet memoria uxoris ejus *Cornelie filie Petri*, pro quo memoria fiet vj. *ſt.* iij. *ſt.* Et ſic ſimul vj. *lib.* & duo octualia tritici, quæ ſolvet *Anthonius Paets.* Quare hic. vj. ſt.

11 B Anno Dni MCCCLXVIII. obiit Dnus *Fridericus de Gaſperde*, Vicarius hujus eccleſie qui legavit Capitulo xxj. *ſt. Holl.* ſuper terris in *Poertegael.* In antiquo libro memoriarum habetur quod reliquit xl. *ſt. Holl.* *in Poertegael.* facit hic. xv. ſt. een blanck.

12 C

13 D

14 E Anno Dni MCCCLXIX. obiit Dnus *Reygnerus Modde* Canonicus hujus eccleſie, qui lega-

legavit Capitulo xxxij. *ſt. Holl.* ſuper domum *Gherardi Adriani.* Adhuc vj. *ſt. Holl. up zie die backers huys oeck toe behorende Gherryt Adrianſz voirſ.* facit tſamen. xxxiij. ſt. een blanck.

In margine: ſuper domum Dn̄i *Joannis Ryn.* Et prima ſolutio erit anno 1520. in Septembri. Nunc aſſignatur ſuper hortum ſagittariorum.

15 F Anno Dn̄i MDIV. obiit Venerabilis Dn̄us Mḡr *Ricardus le Gros* Canonicus hujus eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *duos florenos Renenſes* communes, aſſecuratos *up dat pont groot Lyfrenten dat* Adriaen Janſz *upte wachte in Hekeling ſculdig is verſchynende* Conceptionis Marie (4) *dair voor dat die Heeren van den Capittelen ontfangen hebben vij. ſ. ponden gro. Vlaems van zyn leſte jair abſentie van zyn Prouent biiden Rentmeeſtor* Cornelis Ottenſz *betaelt* 23. *Februarii* 1509. ſecundum curſum Curie Trajectenſis. facit hic. ij ſl.

16 G

17 A Anno Dn̄i MCCCXCII. obiit Dn̄us *Alardus de Wambeke* Canonicus hujus eccleſiæ qui legavit Capitulo quamdam pieciam terre in *Simonshaven*, nuncupatam *Strycoert*, quantitatis trium, menſurarum. Et colit *Heyn Janſz tm̄et voir xiij. ſt. ende is onvrigelt.* Facit xxxjx. *ſt.* Nunc conduxit *Cornelius van Bronckhorſt tm̄et om xj. ſt.* facit. xxxiij. ſt.

18 B

19 C Anno Dn̄i MCCCCXVIII. obiit Dn̄us *Fredericus de Egmonde* Canonicus hujus eccleſiæ,

(4) i. e. Die 8. Decembris, qui dicto feſto celebrando conſtitutus eſt.

ſiæ, qui legavit Capitulo iij. *lib.* xj. *ſt.* *Holl. upt lant in Poertugael.* facit. | ij. fl. xiij. ſt. iij. den.

20 D Anno Dni MCCCXCVII. obiit Dnus *Joannes Oem* Canonicus hujus eccleſie qui legavit Capitulo ij. *lib. Holl.* ſuper domum *Jacob Jans Mouriſſenſz*, & certis terris in *Spikenis*. Et tenetur ſolvere *Gherardus fil. Adriani.* Solutio *Joannis.*

21 E Anno Dni MCCCCXXXII. die Sancti *Matthei* Apoſtoli & Evangeliſte (5) obiit *Willelmus Faber*, qui legavit Capitulo j. *lib. Holl.* ſuper medietatem ſeptem linarum terrarum in *Spikenis*, *anden houck.* Inter preſentes choriſocios una cum rectore ſcholarum & cuſtode. Et colit dictas terras *Adriaen Beyerſz t Spikenis.* facit hic. | xv. ſt.

22 F

23 G Anno Dni MCCCCLXVI. obiit Dnus *Jacobus Stella* Vicarius hujus eccleſie qui legavit Capitulo j. *lib. Holl.* inter preſentes equaliter dividendo. xiiij. *ſt.* ſunt aſſecurati ſuper xlix. *mets in Scude.* & unus *ſt.* ponitur in expoſitis. *In margine*: Solvit Dnus *Jacobus Joannis* defunctus.

Anno Dni MDXVIII. die verò 23 ejuſdem menſis obiit Magr *Theodoricus fil. Anthonii de Niederlaniſſ:* qui reliquit pro memoria ſua *quatuor libras groſſorum*, ex quibus empti ſunt redditus xxx. *ſt.* annue, quos ſolvet Dnus *Jacobus de Capella*, de quibus tenetur dare litteras ſcabinales.

24 A Anno Dni MCCCCXXXIX. obiit Joannes fil. Henrici Beionis, qui legavit Capitulo unà

(5) Nempe hic ipſe dies 21. Septembris S. *Matthæo* Apoſtolo & Evangeliſtæ conſecratus eſt.

unà cum Curato medietatem quinque linarum terrarum ſitarum in Capriſchouck. Et colit Cornelis Corneliſz up Comans ſtede. Tmet voir xiiij. ſt. facit xxvj. ſt. ij. engelſen myn. Et de his fiunt due memorie. Una hic & alia IX Junii. facit in qualibet memoria xij. ſt.

25 B Anno Dni MCCCCXLIX. 25 die hujus menſis obiit Venerabilis Dnus *Theodricus de Moert* Decanus & Canonicus hujus eccleſie, qui legavit Capitulo *unum nobile Anglicanum upte xljx. mets in Scud^e.*

26 C Anno Dni MCCCCLXXXVI. obiit *Joannes Willelmi* barbitonſor, qui legavit Capitulo inter preſentes choriſocios *j. lib. Holl.* upte xxiiij. mets lants in Scacamp.

27 D Anno Dni MCCCXC. obiit Dnus *Joannes de Biervliet* perpetuus Vicarius, hujus eccleſie, qui legavit Capitulo j. *lib. Holl.* ſuper domum quam nunc poſſidet *Henricus fil. Cornelii de Hollander in de Kerckſtrate*, inter preſentes equaliter dividendo. Jam moratur in ea *Willem Hugenſz.*

28 E

29 F MICHAELIS ARCHANGELI. VINALE.

Anno Dni MCCCCLXXXVI. obiit Dnus *Theodricus Moert* Capellanus hujus eccleſie, qui legavit Capitulo j. *lib. Holl. upte xljx. mets in Scud^e.*

30 G *Coſme & Damiani.* (6) Hoc die eſt feſtum duplex compoſitum per Magiſtrum *Olardum fil. Egidii*, chirurgicum.

Hic

(6) Sancti *Coſmas & Damianus* martyres, habent ſibi conſecratum diem vigeſimum ſeptimum hujus menſis. V. Martyrol. Uſuardi, & Kalendaria eccleſiaſtica.

Hic fiet etiam memoria dicti Magiſtri *Olardi* primi bedelli Capituli, & Chirurgici Gheervlietenſis, uxoris ejus *Adrianæ fil. Joannis*, & matris ejus *Margarete fil. Franciſci.* Et cantabuntur hodie Vigilie poſt Veſperas more ſolito, & altera die ſequenti fiet miſſa de *Requiem*, pro quibus quidem feſto compoſito & memoria aſſignavit Capitulo quatuor menſuras terrarum ſitas in Hekelinge. Et de his diſtribuetur pauperibus unum octuale tritici. Prima ſolutio erit anno Dni 1519. in memoriis iſtius menſis. Obiit autem dictus Mgr *Olardus* anno Dni MDXIX. 26. die menſis Maji, cujus anima requieſcat in pace. Nunc colit dictas terras *Henricus fil. Nicolai in Hekelinge tmet om xxviij. ſt.* facit hic deducto tritico. v. fl. v. ſt.

OCTOBER.

1 A BAVONIS. (1)

Memoria Dni *Bernardi de Daventria mit j. lib. Holl.*

Anno

(1) BAVONIS) S. *Bavo* Confeſſor, Gandavenſis & Harlemenſis cathedralium eccleſiarum patronus, colitur die prima Octobris, de quo Vide Molani Natal. Sanct. Belgii, vel Mabillonium in Annal. Ord. S. Bened. *Miſſa Sancti Bavonis* eſt celebris nota temporis apud Belgas, pro Kalendis Octobribus. Sic vulgo: *Baefmis. S. Bavo* namque Belgice, *ſint Baef.* Nunc per ſyncopen dicimus: *Baemis.*

Anno Dñi MCCCLXVIII. obiit Dñus *Joannes fil. Arnoldi* Vicarius hujus eccleſie, qui legavit Capitulo xxj. *fl. Holl.* ſuper terris in *Portegael.* Habetur in antiquo libro memoriarum quod reliquit xl. *fl. Holl. in Portegael.* Facit hic. xv. ſt. jx den.

2 B Hic fiet memoria Magiſtri *Walteri Graeuwaert* (2) quondam Canonici hujus eccleſie, & Decani S. Salvatoris Trajectenſis, qui legavit Capitulo iiij. *met lants* ſitas in *Bierte tegens tweeſtal van Weſtenryck.* Et colit *Peter Jacobſz tmet voer xxxv. fl.* Et de his miniſtrabit Capitulum in memoria Dñi *Joannis Robyn* (31. Martii) unum nobile Anglicanum. Reſiduum hic in iſta memoria. facit hic *v. lib. vij. fl. vj. den.* Jam colit iſtas terras *Adrianus Petri mets pro xxxv. fl.* v. fl. vij. ſt.

Et incepit ſic anno 17mo poſt quingenteſimum.

3 C Anno Dñi MCCCCXX. obiit *Hildegundis fil. Philippi* que legavit Capitulo pro ſua memoria, prout habetur in Julio 16. die, in memoria *Henrici de Drencwaerde* xlvij. *ſtuus.* Habetur in antiquo: iij. *lib.* iiij. *fl.* iiij. *den. Tende de gare te vege.* facit hic. iij. fl. xjx. ſt. ij. d.

4 D Hoc die eſt feſtum Beati *Franciſci*, compoſitum per honorabilem Virum Dñum *Fre-*

(2) *Walterus Graeuwaert*) vel *Grauwert.* Quare ejus memoria ad hunc diem, cùm mortem obierit 2. Septembris? Et quare ejus memoria haberi cœpta anno tantúm 1517. (uti Necrol. ſubdit) qui exceſſit e vita anno 1456.? Neutrum dicam, quia neutrum comperi. Ejus epitaphium dedi in *Catal. Præp. & Decanor. quinq. Eccl. Ultraject.* ad Decanos S. Salvatoris an. 1437. quod ita incipit: *Anno 1456. 2 Septembris obiit Venerabilis & egregius vir dominus Wouters Grauwert hujus eccleſiæ Decanus &c.*

Fredericum fil. Willelmi oppidanum Geervlietenſem, qui legavit Capitulo ij. *lib. Holl. up iij. mets lants in Bierte.* De quibus miniſtrabitur unicuique Vicario ſive Capellano, organiſte & tympaniſte, cuilibet duos groſſos. Prædicanti quatuor groſſos, choralibus ſimul ſex groſſos. Reſiduum inter preſentes Canonicos, *en is ſchuldic Jan Faeſz weduwe in Weſtenryck.* facit hic libere. xxvj. ſt.

5 E Memoria Dni *Roberti Oſſenſis* qui legavit Capitulo *een pondt Holl.* ſuper terris in *Poertegael.* Vide quinta Julii.

6 F *Manu recentiore*: Anno Dni MDXVIII. 6. die hujus menſis obiit *Cornelia fil. Petri* relicta *Wilhelmi Boem.* Require 10. Septembris.

Anno Dni MCCCLXXXI. obiit Dnus *Willelmus Goetgenoech* Canonicus hujus Eccleſie qui legavit Capitulo *iij. lib. x. ſt. ij. d. Holl.* ſuper terris in *Poertegael.* Paulo aliter in antiquo. facit hic. ij. fl. xij. ſt. vj. d.

7 G Anno Dni MCCCCXLVII. obiit Magiſter *Gherardus Lam* Canonicus hujus Eccleſie qui legavit Capitulo pro memoria ſua *unum nobile Anglicanum.* Item Vicariis *unam libram Holl.* Et Choralibus ſimul x. *ſt. Holl.* Adhuc pauperibus ut inde ematur & diſtribuatur pauperibus in panibus, ij. *lib. Holl.* Item adhuc Curato j. *lib. Holl.* pro quo viſitabit ejus ſepulchrum legendo: *Miſerere mei Deus*, cum ſuis pertinentiis. Et iſta libra eſt aſſecurata ſuper domum *Jan van Harlem.* Et ſunt aſſecurata omnia *upte xxiij. mets lants in Scud^e^.* facit hic libere iiij. fl. pro dominis defalcatis duabus libris Holl. jx. ſt. pro pauperibus. vj. d.

In margine: Hic ſuper illis *duabus libris Holl.*

Holl. pro pauperibus, habentur dua octualia tritici, que computantur cum aliis ad faciendum numerum xxxiij. ſacrorum. (3) Et manent duo *ſtuferi*, quos ultra duo illa octualia tenetur Reddituarius diſtribuere pauperibus. Ergo hic ſolvuntur loco iſtius pecunie quatuor octualia tritici in frumento.

8 A

9 B Anno Dni MCCCCLII. obiit Dnus *Henricus de Clivis* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua ij. *lib. Holl.* ſuper domum Dni *Hugonis de Sancto Leodegario* nuncupatam de *Proeſtye* (4) De quibus Capitulum miniſtrabit cuilibet Capellano duos groſſos. Reſiduum inter Canonicos. facit. xxx. ſt.

10 C Anno Dni MCCCCLVII. obiit Dnus *Gysbertus de Wyck*, Artium & Medicinæ Doctor, quondam Canonicus hujus Eccleſie & Decanus, qui legavit Capitulo *unum nobile Anglicanum upte xxiiij. mets lants in Scacamp.* facit hic. ij. fl. x. ſt.

11 D Anno Dni MCCCCXXVIII. obiit honeſtus vir *Willem vander Eycke*, qui legavit Capitulo *unum ſcutum Burgundi*, equaliter inter Choriſocios dividendo, *upte xlj. Renenſibus & 3ª parte in Schude*. facit hic. xiiij. ſt.

12 E Anno Dni MCCCLXVI. obiit Dnus *Gysbertus Wyt* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo quandam pieciam terre in *Geervliet* nuncupatam *de Middelcorf*, quantitatis quatuor linarum. Et colit *Claes Gyſe tmet voir xxxjx. ſt.* facit *tſamen* lij. *ſt.*

Ex

(3) *Sacrorum*) i. e. miſſarum.

(4) *De Proſtye*) vel *Prooſtdye*. i. e. Domus Præpoſiti. Idem infra ad diem 19.

Ex antiquo libro memoriarum. Et habebit quilibet Capellanus preſens, de preſenti memoria unum groſſum. Rector ſcholarum, cuſtos, & chorales quilibet dimidium groſſum. Reſiduum Canonici. ij. fl.
Nunc conduxit Dnus *Jodocus Reygneri* Decanus *tmet om xl.* ſt. facit hic. xiij. ſt. iiij. d.

13 F

14 G

15 A Anno Dni MCCCCXV. obiit *Arnoldus Corninck*, qui legavit Capitulo quatuor menſuras cum lxxv. Virgatis terrarum ſitarum *by den Vrieſen wech.* Et colit *Jacob Michielſz tmet voir xxviij. ſt. facit* v. *lib.* xjx. *ſtuus.* Ex quibus Capitulum miniſtrabit Curato xv. *ſt. Holl.* unicuique Capellano ſeu Vicario ij. *groſſ.* Cuſtodi &c. ij. *groſſ.* cuilibet choralium j. *gros.* Pauperibus tria octualia tritici. Reſiduum inter preſentes Canonicos. Reſtant libere iiij. *lib. xviij. ſt.* Nunc colit *Jacob Michielſz tmet vuer xxx. ſt.* facit hic tritico defalcato. v. fl. vj. ſt. vj. d.

16 B

17 C

18 D Anno Dni MCCCCLXX. obiit *Jacobus Jacobi Stella*, qui legavit preſentibus Chorifociis j. *lib. Holl.* Sic continuatur in antiquo libro memoriarum. Aſſecurat. ſuper domum Dni *Joannis Braxatoris* ſtantem juxta domum *[A]driani fil. Arnoldi die Smit.* Et de hac eſt litera ſcabinalis. Solvet Do. *Jo. Strathem. In margine* : Nota. Solvet Dnus *Jacobus Joannis* defunctus. Nunc aſſignatur ſemper ſuper xljx. *mets in Scud*[e]. *xiiij. ſt.* Et ſic incœpit computari an 1519.

19 E Anno Dni MCCCCLVII. obiit *Anthonius fil.*

fil. Joannis de Antwerpia quondam Sculte-tus in Geervliet, qui legavit Capitulo j. *lib. Holl.* inter preſentes dividendo. ſuper domum nuncupatam *de Proeſtie.*

20 F Hoc die eſt feſtum xj. milium Virginum (5) compoſitum per Venerabilem Virum Dominum *Martinum* primum præpoſitum hujus Eccleſie, qui legavit *duos florenos Dordracenſes* diſtribuendos equaliter omnibus presbyteris ad primas Veſperas & Miſſam venientibus, cuſtodi, rectori ſcholarum & choralibus ſimiliter; aſſecuratos upte Zoutcamp. Require nona Novembris. facit. xxxij. ſt.

In antiquo libro habetur quod miſſa debet celebrari ſuper altare *Ottonis Camdaver.* (*)

21 G Anno Dn̄i MCCCCXXXIX. obiit *Volginus* (6) *de Wederhorſt* qui legavit Capitulo pro memo-

(5) Intellige *Urſulam* ac ſocias Virgines martyres, quæ vulgariter veniunt appellatione: *undecim millium Virginum. De elf duyzent maagden. Les onze mille vierges.* Coluntur die vigeſima prima Octobris, non die vigeſima, ad quam necrologus earum feſtum locat. De numero harum virginum magna lis eſt. Acta, certe quæ circumferuntur, & aliquibus breviariis appoſita ſunt, *nullus probo*, inquit Sollerius ad Martyrolog. Uſuardi pag. 615. Vide Baillet Vies des Saincts tom. 3. col. 330. Et Papebrochium in Paralipom. ad Conat. in Catal. Pontif. a pag. 38. id eſt in Propylæo Maji.

(*) *Ottonis Camdaver*) qui hoc altare dotaverit ſeu fundaverit, & forte erexerit. Laudatur namque a munificentia in Necrologio Cartuſiæ Ultrajectinæ apud Heuſſen. Hiſt. Epiſc. Ultraj. pag. 152. col. 2. ubi ſic: *IV. Idus Januar. Pauli primi Heremitæ: Obiit* Otto Kamdaver *de* Geervliet, *magnus benefactor & amicus hujus domus, imo poſt Dominos de Gaesbeeck & de Abcoude quaſi fundator præcipuus.*

(6) *Volginus*) Forte: *Volganus* epiſcopus & confeſſor, frater Sancti *Foillani* martyris, qui recolitur ad d. 2. Novembr. Vide Auctar. ad Uſuard. apud Sollerium.

memoria ſua *unum ſcutum Burgundie*, inter preſentes Choriſocios dividendo, *upte xlj. Renenſibus & 3ª parte in Schud*ᵉ facit hic. xiiij. ſt.

22 A Anno Dñi MCCCCLXXXVII. obiit *Zoete Willems dochter* que legavit Capitulo pro memoria ſua medietatem octo linarum terrarum cum decem virgatis. Et colit *Jacob Michielſz tmet voer xxviij. ſt. Daer of die Vicarius van onſer Vrouwe outair tSpikenis tſiaers heeft v. groten. Die gecort blyft noch xxxiiij. ſt. een blanck.* Nunc colit *Jacob Michielſz tmet om xxvj. ſt.* facit hic libere. xxxij. ſt. viij. d.

23 B Anno Dñi MCCCCXLVII. obiit honeſtus vir *Judocus fil. Petri de Stryen. Aleidis* verò uxor ejus obiit anno Dñi MCCCCLVII. qui legaverunt Capitulo *ſex florenos Bavarie* (7) pro ſua memoria. De quibus duos octualia tritici pauperibus debent erogari, celebrantibus *una libra Holl.* unà cum Cuſtode. Fabrice due libre cere, paſtori, cuſtodi, & choralibus qui poſt Veſperas debent viſitare eorum ſepulchra cum rectore ſcholarum: pro his paſtori, 2. *ſt.* cuſtodi *unum St.* choralibus ſimul 3. *ſt.* Rectori ſcholarum 3. *ſt.* Item quia Curatus altera die tenetur celebrare miſſam pro animabus eorum, *tres groſſos.* Reſiduum inter preſentes Canonicos. Et ſunt aſſecurati *upte xxiiij. mets lant in Scacamp*, facit hic libere. iij. fl. ij. ſt.

24 C

25 D

26 E

27 F In hoc profeſto (8) *Symonis & Jude* Anno Dñi MCCCXI. obiit *Nobilis Dnus*, *Dnus*

(7) Florenus Bavariæ valebat xiiij. ſtuf. ut eſt in margine.
(8) *Profeſtum* (Pridie feſti.

Dnus NICOLAUS (9) *Dnus de* PUTTE *& de* STRYEN, PRIMUS FUNDATOR HUJUS COLLEGII, qui pro memoria ſua legavit xiij. *lib. Holl.* quas ſolvet Reddituarius patrie de *Putte*, & cum hoc presbyteris hoc die celebrantibus *tres groſſos*, & non celebrantibus *duos groſſos*.

28 G *Symonis & Jude.*

29 A Memoria *Joannis de Haerlem*, Domicelle *Goude* ejus uxoris, & *Joannis* fil. ejus, pro qua memoria legavit domicella *Aleidis* eorum filia iij. *lynen lants by de Polderwech*, quas colit *Pier Corneliſſz tmet voir* xxxviij. *ſt.* facit xliiij. *ſt.* iiij. *d.* Nunc conduxit Dnus Decanus *Judocus Reyneri tmet om xliij. ſt.* facit. ij. fl. x. ſt. iij. d.

Anno Dni MCCCCXXXVI. obiit *Symon Jacopz de Pock* qui legavit Capitulo j. *lib. Holl.* ſuper quamdam domum in *Weſtenryck*, inter preſentes Choriſocios dividendo. Solvit vidua *Petri Waddenſz.*

30 B Anno Dni MCCCCL. obiit Dnus *Willelmus de Portegael* Canonicus hujus eccleſie qui legavit Capitulo ſua pro memoria *unum Nobile Anglicanum.* Item adhuc legavit celebrantibus in die anniverſarii ſui *unam lib. Holl.* Et ſnnt aſſecurata *upte xljx. mets lants in Scud^e.* facit. lxv. ſt.

31 C Anno Dni MCCCCXCV. obiit Dnus *Willelmus Hault* Canonicus hujus eccleſie qui legavit Capitulo pro memoria ſua *unum nobile Anglicanum.*

NOVEM-

(9) Vide quæ dixi in præfatione ad Chartulare Geervlietenſe. Neque enim plura occurrunt de *Nicolao* fundatore hujus Capituli. Obitus *Aleidis* uxoris ſuæ in necrologio ſignatus non eſt, & nullibi a me repertus.

NOVEMBER.

1	D	OMNIUM SANCTORUM. VINALE. Memoria Dni *Bernardi de Daventria* Canonici hujus eccleſie *mit j. lib. Holl.*	
2	E	Hic fiet memoria Dni *Jacobi de Wernvliet* Canonici hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *unum nobile Anglicanum* aſſecuratum *upte xlj. & 3ª. parte de Renenſibus in Scudᵉ.* Et obiit anno Dni MCCCCXXVI. ut habetur in antiquo libro memoriarum ubi ſequitur : *ſuper terram in Weſtenryck emptam erga Dnum Jo. Robyn.* facit hic.	ij. fl. x. ſt.
3	F	Hoc die eſt feſtum Compoſitum Beati *Huberti* Confeſſoris, per Dnum *Cornelium fil. Nicolai* Paſtorem in *Bierte*, qui ut iſtud feſtum ſolemnius peragatur, aſſignavit Capitulo *ij. lib. Holl.* ſuper domum Magiſtri *Cornelii fil. Adriani* quondam Cuſtodis *by de Vyſchmaert.* De quibus Capitulum miniſtrabit cuilibet Vicario ſive Capellano ac Choriſociis, organiſte, tympaniſte, cuſtodi, rectori ſcholarum cuilibet duos groſſos, choralibus ſimul duos groſſos. Reſiduum inter Canonicos. Nunc combuſta eſt domus. Quare hic.	Nihil.
4	G	Anno Dni MCCCCXXI. obiit diſcretus Vir *Joannes fil. Wolfardi*, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *j. lib. Holl.* ſuper domum fabri *upte Spoye*, quam nunc poſſidet *Gherryt Adriaenſz.* Solutio *omnium*	

Sanctorum (1). Nunc habitat *Adrianus Couwſz* carpentator. (2)

5 A Anno Dni MCCCCLX. obiit *Dado Joannis*, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *unum florenum aureum communem* inter preſentes dividendo.

Hic etiam fiet memoria *Joannis filii Jacobi* & *Katarine* uxoris ejus ac parentum eorumdem. Et tenentur ſolvere rectores *Sancti Spiritus*, & Hoſpitalis. facit hic. xxviij.ſt.

6 B Anno Dni MCCCCXVII. obiit *Joannes de Wersvliet* qui legavit Capitulo pro memoria ſua *j. lib. Holl.* ſuper duabus domibus *by de guldenpoorte*, quæ licet fuerint combuſte tamen ſunt reparate. Et de hac libra faciet computum reddituarius incipiendo a Majo an. 1515. facit hic. xv. ſt.

7 C

8 D Anno Dni MCCCCLII. obiit *Eliſabeth* uxor *Cornelii fil. Jacobi*, que legavit Capitulo *j. lib. Holl.* aſſecuratam *upte xljx. meten lants in Schud^e^.*

9 E Anno Dni MCCCXCV. obiit Dnus *Martinus fil. Theodrici* primus Præpoſitus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua quandam pieciam terre quantitatis iiij. menſurarum, dictam *den Santcamp* quam colit *Jan Aertſz tmet voer xxxv. ſtuuv.* de quibus miniſtrabuntur in feſto xj^m^ Virginum duo floreni Dordracenſes, quod habetur 20 Octobris. facit hic vj. *lib.*

NOVEMBER.

(1) i. e. die 1. Novembris.

(2) *Carpentator*) Carpentarius; qui carpenta, rhedas, fabricat. *Een wagenmaker of Koetſemaker.*

lib. vij. *ſt.* vj. *d.* De quibus colit *Adrianus de Decker* iij. *gemeten min xv. Roenſtmet pro xxviij. ſt. facit vj. ſt. xj. ſt. vj. d. Et Arnoldus de Vrieſt* colit unam menſuram cum xxx. Virgatis, *den hoop* pro xlv. *ſt.* facit hic omnibus deductis. vij. ſl. iiij. ſt. v. d.

10 F Anno Dñi MDIV. obiit Domicella *Cornelia fil. Willelmi de Boſſchuyſen* (3) pro cujus memoria & pro memoria *Cornelii Ottoniſz* ejus mariti, idem aſſignavit duos florenos Renenſes communes ſuper decem menſuris terrarum ſitarum *in Hogelant van Geervliet*, quas pro nunc colit *Adriaen Jacopz.* De quibus pauperibus duo octualia tritici debent erogari, paſtori ij. *ſt.* cuſtodi j. *ſt.* Reſiduum inter preſentes. facit hic libere. xxvj. ſt.

In profeſto *Martini*, Domini habent xiiij. *ſt.* aſſecuratos ſuper xlj. *Rynsgl. in Scud^e^.*

11 G MARTINI EPISCOPI. VINALE.

12 A Anno Dñi MCCCCLII. obiit *Jacobus fil. Joannis de Antwerpia* Theleonarius *Geervlietenſis*, qui legavit Capitulo pro memoria ſua quater in anno facienda quatuor nobilia Anglicana, & etiam pro memoria Domicelle *Margarete* uxoris ſue. Et miniſtrabuntur qualibet vice pauperibus duo octualia tritici, Capellanis celebrantibus duo groſſi. Reſiduum inter preſentes Canonicos. Et ſunt aſſecurata *upte xljx. meten lants in Schud^e^.* facit in qualibet memoria *j. nobel. l. ſt.* Prima memoria hic. Secunda 9 Auguſti. Tertia 10 Maji. Quarta 10

(3) *Cornelia van Boſchuyſen* was getrouwt met *Cornelis Haak*, en wan *Pieter Haak*, Balliuw van Middelburg. *Van Leuwen pag.* 879.

10 Februarii. Omnibus deductis facit hic. xxxvj. ſt.

13 B Anno Dni MCCCCXXIV. obiit Dnus *Danckardus Theodrici* presbyter, qui legavit Capitulo pro memoria ſua j. *lib. Holl.* inter preſentes dividendo *upte xlj. & 3ª parte de Renenſibus in Schudᵉ.* In antiquo libro memoriarum: ſuper terram emptam erga Dnum *Joannem Robyn* in Weſtenryck.

14 C Anno Dni MCCCCLXXXII. obiit Venerabilis Dnus *Petrus Cock* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua unum nobile Anglicanum. In antiquo habetur: aſſecuratum *opten nyewen Corendyck.*

15 D Anno Dni MCCCCXCIII. obiit *Joannes fil. Petri* quondam reddituarius Capituli, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *duo ſcuta Burgundie* aſſecurata ſuper domum nuncupatam *de Zwane inde Kerckſtrate* quam nunc poſſidet Dnus *Jacobus de Capella* Canonicus. Et de his miniſtrabit Capitulum pauperibus unum octuale tritici. facit hic libere. xxj. ſt.

Et deſuper eſt littera ſcabinalis ſub Capitulo.

16 E Anno Dni MCCCCLXVI. obiit Dnus *Henricus* de Brienen qui legavit Capitulo pro memoria ſua *duas menſuras terrarum cum quinque virgatis* communes cum Eccleſia Geervlietenſi ſitas *in den Noorthouck* a parte Orientali *Van Meus Nolle.* Sunt quatuor menſure aut circiter quarum Capitulum habet dimidietatem. Et colit *Adriaen Jacobſz tmet voir xxxij. ſt.* facit iij. *Rynsgl.* iiij. *ſt.* Paulo aliter in antiquo libro memoriarum. Nunc colit *Adrianus Jacobi tmet om xxxvj. ſt.* facit hic. iij. fl. xij. ſt. vj. d.

Manu

Manu recentiore inſertum : Anno Dñi MDXXXIX. obiit Magr *Georgius a Torrente de Capricke* Canonicus hujus eccleſie.

17 F

18 G

19 A Hoc die eſt feſtum compoſitum beate *Eliſabeth* anno Dñi MCCCCXL. per *Cornelium de Almonda* (4) qui ut iſtud feſtum ſolemnius peragatur cum ſua hiſtoria aſſignavit Capitulo *duos florenos Renenſes communes*, de quibus Capitulum miniſtrabit unicuique Vicario ſive Capellano & cuſtodi duos groſſos, choralibus ſimul quatuor groſſos, tympaniſte tres groſſos, prædicanti quatuor groſſos, rectori ſcholarium cum ſuis ſcholaribus iiij. groſſos. Reſiduum inter preſentes Canonicos una cum Curato. Aſſecuratos upte xljx. mets in Schud^e^ facit hic libere. xxxvj.ſt. vj. d.

20 B Anno Dñi MCCCCLXXVI. obiit Dñus *Joannes fil. Thome* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua ij. *lib. Holl. upte xljx. mets in Scud^e^.*

21 C Anno Dñi MCCCCXXII. obiit *Gherardus fil. Willelmi Van den Burch* ballivus & Vicedominus territorii de Putte, qui legavit Capitulo tres piecias terre, quarum *una* eſt quantitatis trium menſurarum *ghetten tſhenmet*, quam nunc colit *Jacob Michielſz tmet voir xxviij. ſtuuv.* facit iiij. *Rynsg.* en iiij. *ſtu. Secunda* ſita in Geervliet quantitatis quatuor linarum *in den Weſthoeck* ſpectan. quondam *Gherardo Jacobi.* Et colit *Adriaen Claeſz tmet voir xxxjx. ſt.* facit

(4) V. Leuwium pag. 844.

facit lij. *ſt.* Et *tertia* in *Spikenis bi den lanen wech*, quantitatis v. linarum, & colit *Jacob Michielſz tmet voir xxviij. ſt.* facit lj. *ſt.* iiij. *myten.* De quibus pauperibus diſtribuentur duo octualia tritici, unicuique Vicario ſive Capellano, rectori ſcho- viij. fl.
larum, cuſtodi ij. groſſ. cuilibet choralium xiij. ſt.
j. groſſ. Reſiduum inter preſentes Cano- iiij. mitnicos. facit hic libere. ten.

22 D Anno Dni MCCCCXVI. obiit honeſtus vir *Philippus de Almonde* quondam reddituarius Domini (5) qui legavit Capitulo pro memoria ſua *ſex menſuras terrarum cum lina ſitas by den Griente wech.* Et colunt nunc filii *Aechte up die weije tmet voir xlij. ſtuuv.* facit. . . . . Et de his fiunt quatuor memorie prout habetur in memoria *Henrici de Drencwarde* xvj. Julii. facit in qualibet memoria iij. *Rynsg. en* vj. *ſt.* Nunc conduxit Balivus modernus Dnus & Magr iij. fl.
Cornelius tmet om l. ſtuvers. facit hic prout xjx. ſt.
dictum eſt. ij. d.

23 E Anno Dni MCCCXVIII. obiit *Eliſabeth van den Werve van Almonde*, que legavit Capitulo *tres menſuras terre præter xv. Virgas ſitas in Geervliet by Willemans hofſtede.* Et colit *Gillis Pieterſz tmet voir xl. ſt. facit v. ſl. xvij. ſt.* De quibus Curatus habebit x. *ſt. Holl.* quilibet Capellanus celebrans duos groſſos, non celebrans unum groſſum, fabrica unam libram cere, pauperes duo octualia tritici. facit hic libere iiij. *ſl.* xjx.

(5) *Reddituarius Domini*) id eſt, Toparchæ ſeu Dynaſtæ de Putten & Stryen. Apud Leuwium cit. lego: *Philips van Almmonde Rentmeeſter van Putten anno* 1407. De *Cornelio* vide ibid. occurrunt ejus nominis duo.

xjx. *ſt.* vj. *d.* Nunc colit *Coſtinus fil. Joannis tmet om xlviij. ſt.* facit vij. ſt. j. *ſt.* vij. *d.* Omnibus deductis manet: vj. ſt. iij. ſt. jx. d.

24 F Anno Dni MCCCC. obiit *Agatha de Scenengen* que legavit Capitulo vj. *lib.* jx. *ſt.* viij. *d. Holl. upte* xljx. *mets in Scud^e.* Adhuc *een met lants t'Symonshaven*, & colit *Heyn Janſz tmet voer xiiij. ſt.* Qui quidem *Henricus fil. Joannis* incepit colere hujusmodi terras in medio Martii 1513. De quibus fiunt due memorie, una hic & alia 2 Junii, unà cum memoria mariti ſui *Joannis de Scenengen.* De quibus pauperibus erogabuntur duo octualia tritici. facit hic cum tritico Lv. *ſt. en* vij. *deuts.* Et defalcato tritico facit hic libere ij. *ſt.* j. *ſt.* vj. *d.* Nunc conduxit *Cornelius van Broncborſt* iſtam unam menſuram *in Schud^e. om x. ſt.* facit hic *afgetrocken die terwe.* xxxjx. ſt. vij. d.

25 G KATHARINE VIRGINIS. VINALE. In antiquo libro habetur: Hoc die eſt feſtum compoſitum per *D. Joannem Boy*, ad quod eſt aſſignata quedam piecia inter preſentes Canonicos de *tribus libris Hollandie.*

Anno Dni MCCCCLII. obiit *Baldewinus fil. Willelmi* qui legavit Capitulo pro memoria ſua bis in anno facienda *ſex menſuras terrarum in Geervliet by de Nachwael.* De quibus miniſtrabuntur pauperibus unum octuale tritici, cuilibet Capellano celebranti tres groſſi, non celebranti duo groſſi, reſiduum inter preſentes Canonicos. Et colit *Cornelis Corneliſſz tmet voir xxxj. ſt.* facit hic iiij. *Rynsg.* en xiij. *ſt.* Alia memoria habetur 18. Maji. Et defalcato tritico

tico facit hic iiij. *Rgl*, vj. *ſt.* Nunc colit dictas terras *Nicolaus Smet om xlvij. ſt tgmet.* vj. ſl. facit in iſta memoria defalcato tritico. xjv. ſt.

Anno Dni MCCCCLXXXVI. obiit Mgr *Henricus de Altama* Canonicus hujus Ecclesie qui legavit Capitulo pro memoria ſua *unum nobile Anglicanum.* In antiquo libro habetur: Aſſecuratum *upten nyeuwen Corendyck.*

26 A Anno Dni MCCCCLIX. obiit *Eliſabeth Eben* que legavit Capitulo pro memoria ſua *j. lib. Holl. upte Proeſtye Heer Hughe de St. Legier.*

27 B Anno Dni MCCCCII. obiit Dnus *Wolbrandus* Cononicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *ſeptem linas terrarum ſitarum a parte Orientali dictas van den Zoghenwech.* Et colit *Adriaen Jacobſz tmet voir xxxvj. ſt.* Et de his fiunt due memorie. Una hic, & alia in profeſto *Mathie*, ſcilicet in memoria Dni *Petri*, poſt quam fit 23. Februarii. facit in qualibet memoria. xlij. ſt.

28 C Anno Dni MCCCLXVII. obiit *Henricus Smyt*, qui legavit Capitulo pro memoria ſua ij. lib. Holl. upte xxiij. mets in Scude facit. xxx. ſt.

Anno Dni MCCCCXIX. obiit Dnus *Nicolaus Bruyn* Curatus hujus Eccleſie qui legavit preſentibus chori ſociis equaliter dividendo *j. lib. Holl. upte xlj. Renen. & 3ª parte in Schudᵉ.*

29 D Anno Dni MCCCLXVI. obiit Dnus *Willelmus Valck* Vicarius hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *ander half*

met

met lants int hogelant in Biert geheten de hogewye. Et colit *Thys Claeſz tmet voir xxiiij. ſt.* facit hic xxxvj. *ſt.* paulo aliter in antiquo libro. Nunc Dnus *Judocus Regneri* conduxit *tmet om xxxj. ſt.* facit hic. ij. fl. vj. ſt. vj. d.

Anno Dni MCCCCXLVII. obiit Magr *Arnoldus Petri* Curatus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua & matris, *novum dimidium nobile Anglicanum* inter preſentes equaliter dividendum *upte xxxiij. mets lants in Schud*[e]. facit hic. xxv. ſt.

30 E ANDREÆ APOSTOLI. VINALE.

Anno Dni MCCCCXXIII. obiit *Marytgen f*[a]. *Willelmi* que legavit Capitulo ij. *lib. Holl. upte xxj. Renen & 3*[a]. *parte in Scudebeurſe*, de quibus Capitulum miniſtrabit pauperibus unum octuale tritici in panibus. Eccleſie unam libram cere. Reſiduum inter preſentes Canonicos una cum Curato. facit hic libere. xjx. ſt.

DECEMBER.

1 F MEmoria Dni *Bernardi de Daventria mit j. lib. Holl.*

2 G Anno Dni MCCCL. obiit Dnus *Snallardus* Capellanus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua xvij. *groſſ.* facit xj. *ſt.* iiij. *d. Holl. upte xlj. Renen in Scud*[e]. facit. viij. ſt. vj. d.

3 A Anno Dni MCCCCXXXVIII. obiit Dnus *Martinus* Curatus van Spikenis, qui legavit Capitulo pro memoria ſua xl. *ſt. Holl.* inter preſentes Choriſocios *upte xxiij. mets in Scud*[e]. facit. xxx. ſt.

4 B Hoc die eſt feſtum compoſitum beate *Barbare* per Dnum *Jacobum de Wervliet* Canonicum hujus Eccleſie, qui ut iſtud feſtum ſolemnius peragatur, cum ſua nova hiſtoria (1) legavit Capitulo duas libras Hollandie, equaliter dividendo, ſicut in feſto xj. m Virginum. Et ſunt aſſecurate *upte xlj. Renenſib. in Scud^e.* Vide 20 Octob. facit hic. xxx. ſt.

5 C Hic fiet memoria *Hugonis Bloeck* & ejus benefactorum, qui legavit Capitulo j. *lib. Holl.* inter preſentes equaliter dividendo *upte xxiij. meten in Scud^e.*

6 D In feſto Nicolai fiet memoria Magri *Arnoldi fil. Petri Willelmi fil. Joannæ Winen* uxoris ejus, *Baldewini fil.* eorumdem, & *Marie filie Zwederi* uxoris *Baldewini*, & alio-

(1) *Cum ſua nova hiſtoria*) Qualem ſignificatam velit necrologus, non divinavero. Sed qualiſcumque illa fuerit, genuina non fuerit. Audi Sollerium ad Martyrologii Uſuardi diem 16. hujus menſis pag. 747. *Sane tot graviſſimis difficultatibus implexa ſunt inclytiſſimæ alioquin virginis & martyris geſta, a quocumque demum vel a quibuſcumque auctoribus exornata ſint, ut ego quidem hactenus non videam quomodo ſic expurgari poſſint, ut ad normam ſatis tolerabilem reducantur. Vidit nodos illos Baronius, agnovitque,* depravatos videri codices nonnullos, *in quibus locus, tempus aliaque plane turbata ſunt. Vehementur optamus, tam fideles alios codices, ſeu Græcos, ſeu Latinos, nobis aliquis producat, unde erui poſſit hiſtorica veriſimilitudo.* Tum ſubjicit tricas aliquot, ac dein eò remittit, ubi Acta de integro examinanda erunt; nempe ad Hagiographorum Antverpienſium lucubrationes criticas ad hunc diem menſis Decembris, quam noſtris quidem diebus, qui nimium proceſſerunt, non videbimus, cùm hi Auctores Actis Sanctorum illuſtrandis inſudantes, menſem Auguſtum nondum abſolverint. Interim videri poteſt *Baillot* ad diem 4. Decembr.

aliorum benefactorum eorumdem, qui legaverunt Capitulo ij. *lib. Holl. upte xxiij. mets lants in Scud^e. facit.* xxxvij. ſt. vj. d.

7 E Anno Dni MCCCCLI. obiit Domicella *Gysberta* uxor *Willelmi de Aſſendelf*, filia naturalis nobilis Domicelli *Gysberti de Apcoude*, que legavit *unam lib. Holl.* inter preſentes Choriſocios *upte xljx. mets in Scud^e.*

8 F CONCEPTIO BEATE MARIE VIRGINIS. VINALE.

9 G Anno Dni MCCCCXXXVIII. obiit Venerabilis Dnus ac Magr *Joannes de Zuylen* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo xviij. *flor. Renen.* de quibus fient tres memorie, videlicet una hic, ſecunda, 9. Aprilis, & tertia 23. Julii. Et Capitulum miniſtrabit in qualibet memoria pauperibus duo octualia tritici, cuilibet Vicario ſeu Capellano duos groſſos, rectori ſcholarum, cuſtodi, choralibus ſimul ſex groſſos. Reſiduum inter preſentes Canonicos. Et ſunt aſſecurati upte xlj. Renen. & 3. parte in Scud^e. Facit in qualibet memoria libere. v. fl. vj. ſt.

10 A

11 B Anno Dni MCCCCLXXIII. obiit Dnus *Michael de Zevenbergen* Canonicus hujus eccleſie qui legavit Capitulo pro memoria ſua unum nobile Anglicanum. In antiquo libro habetur: Solvet *Joannes Petri* de anno gratie.

12 C Hic fiet memoria *Abbens fil. Frans* qui legavit Capitulo pro memoria ſua *unam menſuram terre in Geervliet geheten Abbens meeſtrin. Heeft gepacht nu Adriaen Claeszoon tmet om xxxjx. ſt.* Nunc conduxit

 Eli-

Eligius Adriani tmet om xliiij. ſt. Quare hic. ij. fl. iiij. ſt.

13 D

14 E

15 F Anno Dn̄i MCCCCXLVIII. obiit Dn̄us *Aperus de Oeſt* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo *unum nobile Anglicanum upte xxiij. mets in Scud^e.* Require 3. Julii.

16 G

17 A Anno Dn̄i MCCCCLXX. obiit *Henricus fil. Arnoldi* qui legavit Capitulo j. *lib. Holl.* equaliter dividend. aſſecuratam *up Dukendal.* In antiquo libro habetur: Solvet *Joannes Petri* reddituarius Capituli ex decem libris quas ipſe *Joannes* prefatus recepit de bonis pretacti *Henrici.* Nunc iſta libra aſſignata eſt ſuper xljx. *mets in Scud^e.*

18 B

19 C *Manu recentiore additum*: Anno MDXL. obiit Magr *Jacobus de Noey de Dordraco* Canonicus hujus Eccleſie.

20 D

21 E

22 F

23 G Anno Dn̄i MCCCLXXV. obiit Dn̄us *Gherardus Moert* Canonicus hujus Eccleſie qui legavit Capitulo *duos florenos Dordracenſes upte xxiij. mets in Schud^e.* facit. xxxij. ſt.

24 A Hic fiet memoria *Eliſabeth fil. Henrici;* ancille quondam *Wilhelmi Philippi de Almonda* & ſuorum benefactorum, que legavit Capitulo pro memoria ſua bis in anno facienda, una hic & alia 17 Aprilis, aſſecurat. ſuper *medietate quinque menſurarum*

terre

terre in Spykenis by den Lanenwech. Et colit *Claes Gerytſz tSpikenis tmet voir xxxjx. ſt.* facit hic. xlviij. ſt. een blanck.

Et de alia medietate fiet etiam memoria Dni *Willelmi de Barkel* quæ fit circa feſtum Pentecoſtes cum medietate dictorum fructuum. Vide 12 Maji. In iſta memoria facit. ij. fl. xj. ſt. iij. d.

25 B NATIVITAS DOMINI. VINALE.

26 C Anno Dni MCCCCLXXIV. obiit Dnus *Ludovicus de Heenvliet* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo xl. *ſt. Holl. upte xljx. mets lants in Scud^e.* Et hoc pro memoria ſua. facit hic. xxx. ſt.

27 D Anno Dni MCCCCXXXIX. obiit *Aleïdis fil. Henrici* que legavit Capitulo pro memoria ſua j. *lib. Holl.* inter preſentes Choriſocios eqnaliter dividend. *Upte xlj. Renenſib. & 3. parte in Scud^e.*

28 E Anno Dni MCCCCXXXIX. obiit *Nicolaus Franconis* Capellanus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua j. *lib. Holl.* ſuper domum Magri *Michaelis* barbitonſoris *in de Kerckſtrate* inter preſentes dividendo.

29 F Anno Dni MCCCXCIX. obiit Dnus *Theodricus Cock* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua iij. *lib. Holl.* De quibus una libra aſſecurata eſt ſuper domum *Heyn . . . . ande Viſſchers zyde*, combuſtam ; ſecunda ſuper domum *Jan* Claeſz *tSpikenis*, & tertia *upte xxiij meten in Scud^e.* De prima & ſecunda domo in *Spikenis* uſque ad annum 1518. ſolvit dimidiam partem. Paulo aliter in antiquo libro memoriarum : ubi aſſignat tertiam ſuper domum *Clemeynſe Bou-*

		deys juxta domum *Claes Staelman.* facit hic.	xxx. ſt.
30	G		
31	A	Anno Dn̄i MCCCCXC. obiit Mḡr *Theodricus de Stryen* Canonicus hujus Eccleſie, qui legavit Capitulo pro memoria ſua *unum nobile Anglicanum*, aſſecuratum *opten nyeuwen Corendyck.*	

FINIS.

RELIQUIÆ

Actorum exſtincti

CAPITULI

ECCLESIÆ COLLEGIATÆ

B. M. V. THOLENSIS

DIOCESIS MIDDELBURGENSIS.

Olim

LEODIENSIS.

ADMONITIO
DE ACTIS
CAPITULI THOLENSIS.

HOc Capitulum erectum fuit die 4. Octobris 1404. ad ſupplicationem *Petri de Zande*, Præpoſiti Condacenſis & inveſtiti parochialis Eccleſiæ ſeu Quartæ Capellæ de *Tolnis*, ac *Petri Bloc* inveſtiti Eccleſiæ ſeu Quartæ Capellæ *Scakerloo*, conſentiente ac conferente *Alberto* Comite Palatino Rheni, Bavariæ Duce, Comite Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Domino Friſiæ, & confirmante hujus filio *Johanne de Bavaria* Electo Leodienſi. Tabulas dedit Heuſſenius in hiſt. Epiſc. Middelburgenſis pag. 59. ubi hujus Capituli notitiam aliquam dedit, & protulit acta nonnulla.

Et quid nos? Nonne *pro auro*, quod ajunt, *carbones*? Et his notas apponimus, quas riſit *Horatius* malis verſibus additas? Id ſcilicet ſit, paleam deaurare. Audio. ſed audi viciſſim. VIGLIUS nos eò ducit quo ſponte non iremus. VIGLIO ignoſces, veniam dabis. Anno 1568. die 18. Februarii ad Hopperum ſcripſit: *Veterem Tolenſis Magiſtratus adverſus Decanum Paſchaſium controverſiam Illuſtriſſimus Dux* (Albanus) *Conſilio, quod vulgò turbarum vocant, commiſit.* Et anno 1569, die 6. Septembris: *Ad Tolen-* Analect. noſtr. tom. I. part. 2. p. 460.

Ibid. p. 541. *ſem cavernam repurgandam Blaſerius nuper miſſus eſt, & utrinque partes tragœdiam ſuam exagitant; ſed Decanus quantum olim odium ſuſtinuit, tantum hæc præſentia tempora favorem illi adferunt.* Tandem eodem
Ibid. p. 557. anno die 29. Decembris hæc miſit: *Blaſerius Tholenſem Remp. reformare cœpit, ſed adhuc pleraque ibi exequenda reſtant, ipſeque Mechliniam rediit, cùm Vargæ hîc non æque gratus fuiſſe dicatur.* Joannes de Blaeſere erat Conſiliarius Magni Senatus Mechliniæ ſedentis, factus poſtea Præſes Flandriæ.

Ad hæc ego, locis citatis, ne ſyllabam quidem; quòd Decanum *Paſchaſium*, & veterem Magiſtratus *Tholenſis* cum eo controverſiam plane pleneque incomperta haberem. Sed cum nuper inter antiquos chartaceos pulveres Collegii Hollandici, quod Lovanii eſt, veteres excuterem nugas, inciderunt in manus folia manuſcripta quatuor, ſeu inſtrumenta notarialia duo uniformia, quibus Canonici *Tholenſes* duo ex ſeptem, qui annis 1588. & 1594. ſupererant exules ac diſperſi per Brabantiam, Flandriam, adjacenteſque regiones, negotiorum gerendorum procurationem dant *Joanni Canegoutio* Canonico *Tholenſi.* Appoſitum eſt *Joannis Hauchini* ſecundi Mechlinienſium Archiepiſcopi diploma, quo prædicto Canonico facultatem facit, ut jurisdictionem Capitularem, & negotia Capituli *Tholenſis* in ſua dioceſi exercere ac gerere libere ac licite poſſet.

Ex his porro ſchedis Decanum *Paſchaſium* detexi, qui annis 1551. 1552. & 1553. huic Capitulo præfuit, *Joannes* nomine, & exul Bredæ obiit die . . . Auguſti 1588. ſub quo plurima documenta Capituli amiſſa ſint. Vivebant eo tempore Canonici quorum nomina ſequuntur:

Joan-

Joannes Gielis alias *Brouwers*, Decanus electus.
Aſſuerus Jacobi.
Joannes Canegoutius, Canonicorum Senior.
Joannes Verbruggen.
Michael Noefecourt vel *Noeufcourt.*
Bonaventura Hardepont.
Elbertus Goethals.
Hubertus Wouters pbr.

Intercepto ad annum 1577. oppido *Tholenſi* ſub conditionibus a *Borrio* exhibitis *lib.* 10. *fol.* 239. dejectis in templo altaribus ac imaginibus, Divino cultu turbato, diſperſis Canonicis omnibus, iiſque peregre agentibus, ſolo excepto *Aſſuero Jacobi*, qui *Tholæ* remanſit, Capitulum non potuit deinceps adunari. Porrò neceſſe cùm eſſet rem Capituli curare, & ſinguli animo retinerent quod facto amiſerant, inventi ſunt duo: *Joannes Brouwers* & *Hubertus Wouters*, ille quidem anno 1588. hic vero anno 1594. qui de jure ac jurisdictione, & de bonis ac proventibus Capituli ſolliciti uni collegarum auctoritatem fecerunt rerum quarumcumque ſuarum gerendarum, & ſpecialiter repetendi nomine Capituli, *omnia illa bona, quæ annis* 1551. 1552. & 1553. *Joannes Paſchaſius Decanus, ſine conſenſu ſuperiorum diſtraxerat, alienarat & in propriam utilitatem verterat.* Ita in his jam dictis Inſtrumentis notarialibus. Atque hæc res videtur ſuſcitaſſe *veterem Tolenſis Magiſtratus adverſus Decanum Paſchaſium controverſiam*, ex qua *odium olim ſuſtinuerit*, ſed in qua *præſentia tempora* (anni ſcilicet 1569. cùm id *Viglius* ſcriberet) *favorem illi adferebant.*

Atque hæc ſunt præcipua capita quæ excitarunt ſollicitudinem horum Canonicorum, qui in ſummis anguſtiis poſiti, bonis everſi, ſolo pulſi, luctati ſunt cum adverſa fortuna, nec emerſerunt ad meliorem. Edimus proinde morientium Canonicorum *Tholenſium* ultimos ſpiritus, ne hujus Capituli memoriam ætas, uti humana omnia conſuevit, penitus aboleat.

RELIQUIÆ

Actorum exſtincti

CAPITULI

ECCLESIÆ COLLEGIATÆ

B. M. V. THOLENSIS

DIOCESIS MIDDELBURGENSIS.

Olim

LEODIENSIS.

INDEN NAEM ONS HEEREN AMEN. By deſen tegenwoirdigen openbaeren inſtrumente zy kont ende kennelycken eenen yegelycken, dat inden jaere deſſelfs ons Heeren duyſent vyffhondert ende achtentachentich in de ierſte indictie, opden vierentwintichſten Decembris, Spausdoms van onſen alderheylichſten Vader in Goede, Heeren SIXTI den vyffden van dyen naeme, in zynen vierden jaere, is voer my openbaer Notaris ende getuygen ondergeſcreven gecompareert, ende voer oogen gecommen den Eerweerdigen ende Voerſienigen Heer ende Meeſter *Jan Gielis* aliàs *Brouwers* Presbytre ende Canonick der Collegiaelder — 1588. 24. Decemb.

 Kerc-

Kercken van onſer liever Vrouwen vander *Tholen* des Bisdoms van *Middelborch*, ende heeft vercleert, hoe dat tzedert d'jaer duyſent vyffhondert ſevenentzeventich, als die ſtadt vander *Tholen* vanden rebellen van Conincklycke Majeſteyt innegenomen es geweeſt, ende die autaeren ende beelden vander Kercken inſtucken geſmeten, ende den dienſt Godts verſtoort ende de Gheeſtelycke perſoonen ende Heeren Canonicken zyne medebroederen verloopen, ende over des Conincx zyde gecommen, behalven Heer *Aſſuerus Jacopszone* die hem altyt ende noch ter tyt binnen ter *Tholen* gehouden heeft; Ende alzoe zy nu met hem Comparant maer vyff Canonicken vanden *Tholen* in leven en zyn, ende hen houdende zyn aende zyde van zynen Majeſteyt, ende oyck vanden anderen meeſtendeel wyt ende breet verſtroyt zyn, als gheen middel hebbende, om in deſen quaeden benauden tyt, byden anderen te moegen leven, als te wetene, hy Comparant die hem houdende es tegenwoirdelyck binnen der ſtadt van *Brueſſele*, gelyck oyck doet Heer *Jan Canegoutius*, die nu d outſte vanden Capittele es, vanden genen die hen houdende zyn aende zyde van zynen Majeſteyt, Heer *Jan Verbruggen* hem houdende *t'Antwerpen*, Heer *Michiel Noefecourt* hem houdende tot *Ghendt*, ende Heer *Bonaventura Hardenpont* in een dorp genoemt *Loy* by *Ryſſele*, deur welcke verſtroytheyt, ende oyck dattet zeer periculeux om reyſen es, ende zy vyff Canonicken quaelyck den middel hebben, om byden anderen tſaemen eens te vergaderen, ende gelycker handt van hun' Capittels ſaecken te diſponeren ende tracteren, deſen aengemerckt, ende oyck mede dat Heer *Jan Paſcaſius* zyn medebroeder, die zeer veele munimenten ende geſcriften van hun voerſcreven Capittele onder hem hadde, nu cortelinge in Auguſto leſtleden ſubitelyck tot *Breda* deſer werelt overleden es, ende alzoe wel nootelyck is een van zyne medebroeders volle commiſſie te geven, om alle de ſaecken van hunnen Capittele geduerende deſe verſtroytheit, te dirigeren, handelen, ende tracteren, op dat de ſelve ende hunne gerechticheyt nyet teenemael te nyete, ende verloren en gaen, ende alzoe hy hier toe nyemant en weet off en kent

nut-

nutter ende bequaemer, dan Heeren *Jannen Canegoutio* zynen medebroeder, die de outſte vanden Capittele es, hem houdende aen des Conincklycke Majeſteyts zyde, ende alle gelegentheyt van des Capittels ſaecken beſt kennelyck zyn, alzoe hy wel ſeſthien jaeren, ter *Tholen* gereſideert heeft, ende dryemael Rentmeeſtere van allen het goet ende innecommen van den Capittele, oyck van den Kercken, ende theylich Sacraments gulde geweeſt is, ende andere Commiſſie vandes Capittels wegen hier voermaels gehadt heeft om deſſelfs Capittels ſaecken, ſoe tot *Brueſſele*, *Loven*, *Mechelen*, *Middelburch* ende elders te voirderen, voir te ſtaene, ende defenderen. Waeromme zoe eeſt dat hy Comparant, begerende de ſaecken vanden Capittele voerſcreven, zoe veel in hem is te voirderen ende promoveren, op dat deur hunne verſtroytheyt de ſelve nyet teenemael te nyete ende verloren en gaen, heeft in alder beſter vuegen ende manieren zoe hy beſt conſte, ende nae recht vermochte genomineert, gedeputeert ende geconſtitueert den voerſcreven Heeren *Jannen Canegoutio* zynen medebroeder, om alle des voerſcreven Capittels ſaecken, alomme ende in allen plaetſſen, daert van noode weſen ſal, op tCapittels coſt te voirderen, dirigeren, ende proſequeren, defenderen ende procureren, oyck alle des Capittels goeden, ſoe erve als have, ornamenten, juweelen, ende ſilverwerck vander Kercken, die eenichſints mochten veralieneert, verduyſtert, vercocht, vermangelt, off by eenige quaede, ombehoirlycke ende ondeugdelycke practycke gediſſipeert zyn, te recouvreren, ende opden ierſten voet, ſtaete, ende effecte te brengen, ende beſundere, alſucke goeden vanden Capittele als inden jaere duyſent vyffhondert eenenvyfftich, tweenvyfftich, ende dryenvyfftich by wylen Heer *Jan Paſcaſius* als Deken, ſonder conſent vanden Overſten ſouden moegen vervrempt, gealieneert, ende tot zynen eygen proffyte geemployeert weſen, oyck op de achtergelaeten goeden vanden ſelven Heer *Jan Paſcaſius*, waer oyck die eenichſints gelegen mochten weſen te verhaelen, ende de ſelve goeden te arreſteren ende evinceren, allen munimenten, papieren, geſcriften, regiſters, rekeninge, ende andere

dere documenten, die de voerſeide wylen Heer *Jan Paſcaſius* van het Capittel wegen in bewairinge hadde, zoe uuyt den ſterffhuyſe des voergenoemde Heer *Jan Paſcaſius*, als oyck elders, waer die eenichſints mochten beruſten, ende gevonden wordden, te recouvreren ende repeteren, ende alle Capelryen ende beneficien der ſelver Kercken nu vacerende, ende die ſullen geraecken in toecommende tyden te vaceren, te confereren, daeraff te diſponeren, inſtitueren, ende totter poſſeſſie te admitteren, oyck alle proceſſen van des Capittels wegen, ſoe inden ſecreten Raidt tot *Brueſſele* tegen *Frans Reſen*, als elders hangende, tegen allen perſoonen te defenderen, ende vervolgen, ende in effecte al te doene tot het Capittels oirboir, ende proffyt, al off tſelve Capittele wettelyck vergadert daer ſelve preſent ende perſonelyck over waere, Beloevende hy Comparant inden naeme ende van zyns Capittels wegen, voer zoe veele hem aengaet, voer goet, vaſt, ende van weerden te houden allen tgene des byden voerſeiden Heer *Jan Canegoutius* zynen medebroeder in tgene des voerſeit es, gedaen, geprocureert ende geeffectueert ſal wordden, onder tverbant van alle zynen goeden ruerende ende onruerende, van alle welck &c. Aldus gedaen te *Brueſſele* inder Kercken van Sinter *Niclaes* aldaer, ten daige, maende, ende jaere voerſeit, ter preſentien vanden eerſame perſoonen Heer *Jan Loduwycx* Presbytre ende Capellaen van voerſcreven Kercken van Sinter *Niclaes*, ende *Joannes Molanus* als getuygen hier over ende gebeden.

Ende van my *Philips van Asbroeck* als openbaer Notaris byden Raide ons Heeren des Conincx geordonneert in Brabant geadmitteert, te *Brueſſele* reſiderende, tgene des voerſcreven es onder myn gewoonlyck hanteecken Notariael hier onder geſtelt confirmerende, daer toe verſocht zynde.

P. Van Asbroek nots.

In

IN DEN NAME ONS HEEREN AMEN. By deſen tewoirdigen obenbaeren inſtrumente zy condt ende kennelyck eenen yegelycken, dat inden jaere deſſelffs ons Heeren duyſent vyff hondert vierentnegentich, inde ſevenſte indictien op den negenſten dach der maendt van Februario, Spaudoms van onſen alder heylichſten Vader in Gode Heeren CLEMENTIS den achtſten van dyen naeme, in zynen derden jaere, is voer my Notaris openbaer ende getuygen ondergeſcreven, gecompareert ende voer oogen gecommen Heer *Hubertus Wouters* Presbitere ende Canonick der Collegiaelder Kercken van onſer liever Vrouwen vanden *Tholen*, des Bisdoms van *Middelborch*, ende heeft vercleert hoe dat tzedert d jaer vyffthien hondert ſevenentzeventich als de ſtadt van den *Tholen* van den rebellen vanden Coninckelycke Majeſteyt innegenomen is geweeſt, ende die altaeren ende belden vanden Kercken in ſtucken geſmeten ende den dienſte Godts verſtoort, ende de gheeſtelycke perſoonen ende Heeren Canonicken zyne medebroederen verloopen, ende over des Conincx zyde gecommen, behalven Heer *Aſſuerus Jacobszone* die hem altyt ende noch ter tyt binnen ter *Tholen* gehouden heeft, ende alzoe zy nu met hem comparant maer ſeven Canonicken vanden *Tholen* in leven en zyn, ende hen houdende zyn aen de zyde van zyner Majeſteyt, ende oick vanden anderen meeſtendeel wyt ende breet verſtroyt zyn, als egheen middel hebbende om in deſen quaeden benauwden tyt, by den anderen te moegen leven, als te weten, hy Heer Comparant, die hem houdende is tegenwoirdelyck binnen deſe ſtadt van *Brueſſele*, gelyck oick doen Heeren *Jan Canegoutius*, die nu d'oudſte vanden Capittele es vanden genen die hen houdende zyn aen de zyde van zynder Majeſteyt ende Mr. *Jan de Brouwere*, eleckt Deken der voerſcreven Kercken, Heer *Jan Verbruggen* hem houdende *t' Antwerpen*, Heer *Machiel Noeufcourt* hem houdende tot *Ghent*, Heer *Bonaventura Hardepont* woonende in een dorp genoemt *Loy* gelegen by *Ryſſele*, ende *Elbertus Goethals* hem houdende in de ſtadt van *Douay*, deur welcke verſtroytheyt, ende oyck dattet zeer pericu-

1594. 9 Februarii.

leus om reyſen es, ende zy ſeven Canonicken qualycken den middel hebben, om by den anderen tſamen eens te vergaderen, ende gelycker handt van hun Capittels ſaecken, te diſponeren, ende tracteren, deſen aengemerckt, ende oyck mede dat Heer *Jan Paſchaſius* Canonick doen hy leeffde der ſelver Kercken, die zeer veele munimenten ende geſchriften van hun voerſcreven Capittele onder hem hadde, in Auguſto duyſent vyff hondert achtentachentich, ſubitelyck tot *Breda* deſer Werelt overleden is, ende alhoewel nootelyck is een van zyne medebroeders volle commiſſie te geven, om alle de ſaecken van hunnen Capittele gedurende deſe verſtroytheyt te dirigeren, handelen, ende tracteren, op dat de zelve, ende hunne gerechticheyt nyet teenemaele nyeuwte ende verloren en gaen, ende alzoe hy hier toe nyemant en weet, off en kendt nutter ende bequamer, dan Heeren *Jannen Canegoutio* zynen medebroeder, die de oudtſte vanden Capittele es, hem houdende aen des Coninex Majeſteyts zyde, ende alle gelegentheyt van des Capittels ſaecken beſt kennelyck zyn, alzoe hy wel ſeſthien jaeren ter *Tholen* gereſideert heeſt, ende dryemael rentmeeſter van allen tgoet ende innecommen vanden Capittele, oyck vander Kercken, ende theylich Sacraments gulde geweeſt is, ende andere commiſſie van des Capittels wegen hier voermaels gehadt heeft, om deſſelfs Capittels ſaecken, ſoe tot *Brueſſel*, *Loven*. *Mechelen*, *Middelborch*, ende elders voerderen, voer te ſtaen, ende deffenderen; WAEROMME zoe eſt, dat hy Comparant begerende de ſaecken vanden Capittele voerſcreven zoe veele in hem is te voerderen, ende promoveren, op dat deur henne verſtroytheyt de ſelve nyet teenemaele te nyeuwte ende verloren en gaen, heeft in alder beſter vuegen ende manieren zoe hy beſt conſte, ende nae recht vermochte (1) genomineert, gede-

(1) *In alder beſter vuegen ende manieren zoe hy beſt conſte, ende nae recht vermochte*) Quæ verba important clauſulam : *Omni meliori modo quo poterat.* Hæc merito fuit inſerta. Notum eſt illud: *Tres faciunt Capitulum.* Hic unns ſolus loquitur, conſtituit, ordinat. Similiter in priori inſtrumento. Porro hæc clau-

gedeputeert, ende geconſtitueert den voerſcreven Heer *Janne Canegoutio* zynen medebroeder, om alle des voerſcreven Capittels ſaecken, alomme, ende in alle plaetſſen daert van noode weſen ſal, op t Capittels coſt, te voirderen, dirigeren proſequeren, defenderen, ende procureren oyck alle des Capittels goeden, zoe erffve als have, ornamenten, juweelen, ende ſilverwerck vander Kercken, die eenichſints mochten veralieneert verduyſtert, vercocht, vermangelt, oft by eenige quade ombehoirlycke, ende ondeugdelycke practycke geſchiet oft gedaen zyn te recouvreren, ende op den ierſten voet, ſtaete, ende effecte brengen, ende beſundere alſulcke goeden vanden Capittele, als in de jaeren LI., LII., ende LIII., by wylen Heer *Jan Paſchaſius* als Deken ſonder conſent vanden Overſten ſoude moegen vervrempt, gealieneert, ende tot zyn eygen proffyt geemployeert hebben, oyck op de achtergelaeten goeden vanden ſelven Heer *Jan Paſchaſius* waer oyck eenichſints die gelegen mochten weſen, te verhaelen, ende deſelve goeden te arreſteren ende evinceren, alle munimenten, pampieren, geſchriften, regiſters, rekeningen, ende andere documenten, die de voerſeide wylen Heer *Jan Paſchaſius* van het Capittels wegen in bewaeringe hadde, zoe uuyt den Sterffhuyſe des voirgenoemden Heer *Jan Paſchaſius*, ende oyck elders waer die eenichſints mochten beruſten, ende gevonden wordden, te recouvreren ende repeteren, ende alle Capelryen ende Beneficien der ſelver Kercken nu vacerende, oft die ſullen geraecken in toecommende tyden te vaceren, daer aff te diſponeren, die confereren, inſtitueren, ende totter poſſeſſie te admitteren, oyck alle proceſſen van t'Capittel wegen zoe inden ſecreten Raedt tot

claufula inquit Barbos. de Clauſ. uſu freq. Clauſ. 95. n. 3. æquiparatur huic: *Si non valet quod ago, ut ago, valet eo modo quo valere poteſt.* Et n. 11. ex plurimorum ſententia Doctorum docet, quod dicta Clauſula id operetur, ut utilius remedium cenſeatur electum atque adhibitum, &, *ſi quod fuit expreſſum, non valet eo modo quo fuit expreſſum, valeat eo modo quo valere poteſt.*

tot *Brueſſel* tegens *Frans Reſen*, als elders hangende, tegen allen perſoonen te defenderen ende vervolgen, ende in effecte al te doene tot het Capittels oirboir ende proffyt, al oft tſelve Capittele wettelyck vergadert daer ſelve preſent ende perſonnelyck over waere. Belovende hy Comparant in den naeme ende van zyns Capittels weghen voer zoe veele hem aengaet, voer goet, vaſt, ende van weerden te houden allen tgene des by den voerſeiden Heer *Jan Canegoutius* zynen medebroeder in tgene des voerſcreven is gedaen, geprocureert, ende geeffectueert ſal wordden, onder tverbant van alle zynen goeden, ruerende, ende onruerende, van welcke dingen, heeft de voerſcreven Comparant begheert by my Notaris nagenoempt hem gemaeckt te wordden een off meer inſtrumenten in behoirende formen. Aldus gedaen binnen der ſtadt van *Brueſſele* binnen der Sacriſtyen van den Kercken van Sinte *Niclaes*, ter preſentien vande diſcrete perſoonen ende Heeren *Carel vanden Lysbetten* ende *Michiel Vloge*. beyde Prieſters ende Vicariſſen vander ſelver Kercken van ſinte *Niclaes*, als getuygen hier over geroepen ende ſunderlinge gebeden.

Ende van My *Philips van Asbroeck* als openbaer Notaris by den Raide ons Heeren des Conincx geordonneert in Brabant geadmitteert tgene des voerſcreven is onder myn gewoenelycken hanteecken hier onder geſtelt confirmerende daer toe verſocht zynde.

P. van Asbroeck nots.

JOAN-

JOANNES (1) Dei & Apoſtolicæ ſedis Gratiâ Archiepiſcopus Mechlinienſis, dilecto nobis in Chriſto *Joanni Canegoutio* Presbytero & Canonico Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi Tholenſis, Middelburgenſis Diœceſis, ſalutem in Domino.

Ex parte veſtra nobis expoſitum extitit & ſignificatum, qualiter propter occupationem dicti Oppidi Tholenſis per inimicos Regiæ & Catholicæ Majeſtatis factam, Canonici dictæ Eccleſiæ Confratres veſtri, uno dumtaxat excepto, a dicto Oppido exulare cogantur, neque commodè inſimul pro Actibus Capitularibus celebrandis congregari ſeu convenire poſſint; & propterea te tanquam Canonicum ſeniorem, partes ſuæ Catholicæ Majeſtatis defendentem, eorum Procuratorem ad Actus Capitulares quoscumque, celebrandos (uti aſſeris) conſtituerunt. Verum ne negotia veſtra per decurſum temporis omnino negligantur & depereant, Nobis humiliter ſupplicari feciſti, quatenus commoditatibus & utilitatibus Capituli Veſtri in præmiſſis opportunè conſulentes, Tibi tanquam Procuratori Confratrum tuorum partes ſuæ Catholicæ Majeſtatis foventium, ut Jurisdictionem Capitularem & negotia veſtri Capituli Tholenſis concernentia, in noſtra Diœceſi Mechlinienſi validè exercere poſſes & valeres, licentiam & facultatem concedere dignaremur & vellemus. Nos igitur attendentes hujusmodi ſupplicationem fore juſtam & rationi conſonam, quodque juſta petentibus non veniat denegandus aſſenſus, hujusmodi veſtris ſupplicationibus favorabiliter inclinati, Vobis ut jurisdictionem Capitularem & negotia veſtri Capituli Tholenſis concernentia in noſtra Diœceſi Mechlinienſi, toties quoties vobis placuerit & bene viſum fuerit, exercere liberè & licitè poſſitis & valeatis, licentiam concedimus & facultatem impartimur per præſentes. In cujus rei fidem præſentes litteras exinde fieri,

(1) *Joannes*) Hauchinus Secundus Archiepiſcopus Mechlinienſis. *V. van Geſtel Hiſt. Archiep. Mechl. pag.* 51. *Gall. Chriſt. tom.* 5. *pag.* 10. *Butkens Suppl. aux trophées de Brab. tom.* 2. *pag.* 410.

ri, & per Secretarium noſtrum infraſcriptum ſubſignari, contra-ſigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & actum Bruxellæ noſtræ Diœceſis anno Domini 1588. menſis Decembris die duodecimâ.

LES
MEMOIRES
DE
JEAN D'HOLLANDER,
CHANOINE DE SAINTE WAUDRU,

Sur la Revolte des Ganthois en l'an 1539 *contre Charle* V. *Empereur des Romains & Monarche des Eſpagnes, leur legitime Seigneur, ecrit l'an* 1547.

EX MS.

BIBLIOTHECÆ
D. JOANNIS BAPTISTÆ
ACHILLIS GODEFROY

Directoris Cameræ Rationalis Inſulenſis.

Valerius Andreas in Bibl. Belg.

JOANNES HOLLANDERUS (*in nova edit.* DE HOLLANDER) Gandenſis, Flander, Canonicus in D. Waldetrudis Montibus apud Hannones, deſcripſit è *Dionyſii Harduini* Analectis atque Adverſariis *De Nobilitate*, librum prodromum, (ut vocat) alterius Operis, in quo Flandriæ nobiliores familias ab ipſa ſtirpe atque origine recenſet, & in plures ramos diducit. Edidit Antver. 1621. 4. Guil. a Tongris.

Hi Commentarii de tumultibus Gandavenſibus adverſus Carolum V. Valerio Andreæ videntur incogniti fuiſſe, & hactenus latitarunt.

PRÆ.

PRÆFATIO.

AD juvandum hujus Commentarii intellectum, noſſe oportet, quæ fuerit Reipublicæ Gandavenſis forma, politia, adminiſtratio. Non ea quæ olim diverſis temporibus diverſa fuit, ſæpiuſque mutata, ſed hæc demum, quæ obtinebat CAROLO V. imperante, & quæ emanavit a *Philippo Pulchro*, Galliarum Rege. Occaſionem narrant hiſtorici. Ipſum vero *Philippi* diploma, datum menſe Novembri anno 1301. in primigenia phraſii exhibetur in nova editione *Philippi Cominæi* anno 1723. in 8. tom. 4. inter *Probationes*, pag. 230. Summa hæc eſt: I.

Comitia Magiſtratui creando annis ſingulis habebantur pridie Aſſumptionis Deiparæ Virginis, id eſt, die decima quarta menſis Auguſti. Princeps, ejuſve legati, *quatuor* legebant cives Gandavenſes, totidem legebat Civitas: qui *octo* creati electores (*Eliſeurs* eos appellat Auctor noſter) *viginti ſex* honoratos, idoneoſque eligebant ſenatores: quos dein Princeps in duo tribunalia, ſeu duos Tredecimviratus dividebat. Hæc tribunalia vel ſubſellia duo, appellantur etiam hodie, *Scamna* apud *Sanderum*, apud Pontum Heuterum, *Banchæ*, apud L. Eſpinoy, & auctorem noſtrum, *Bancqs*. Primi ſubſellii ſenatores tredecim, vocantur hodieque, *Scabini. Schepenen van der Keure. Eſchevins du premier bancq, dit de la Keure.* Reliqui tredecim, *Conſiliarii*, ut vult Sanderus, vel etiam, *Scabini. Schepenen van Gedeele. Eſchevins du deuxieſme bancq, dits Parchons.* II.

Ita l'Eſpinoy Recherch. des Antiq. de Fland. lib. 2. a pag. 334. Et in Conſuetudin. Gandaven. Rubrica prima inſcribitur his verbis: *Van Juſtitie ende Jurisdictie, Beleeder ende Proceduren van dien, ſoo wel voor Schepenen van de hooge Banck, die men noemt van der* Keure, *als neder Banck, die men noemt van* Gedeele. Quæ verba ibidem Gallice redduntur per hæc ſequentia: *De la Juſtice & de la Jurisdiction, des Inſtructions & Procedures qui y ſont faites, tant par devant les Eſchevins du haut Banc, que l'on nomme de* la Keure, *que devant ceux du ſecond Banc, que l'on nomme* des Parchons.

III. Etymologia nominum non eſt admodum perſpicua. *Keure*, *Kore*, apud Kilianum, eſt *optio*, *electio*, *delectus*. Gall. *Choix*. Hinc *Schepenen van der Keure*, ſunt, *Scabini electionis*, ſeu *Scabini electi*. Unde Sanderus Fland. illuſtr. tom. 1. pag. 24. col. 2. „ Scabini etiam *Keurheri*, ſeu electi Domini. *Keur* „ enim optionem, electionemque ſignat. " Et Jac. Marchant. in Fland. deſcript. lib. 1. pag. 115. prim. edit. in 8. „ Tredecim *Curiones*, hoc eſt, ſtatus publici electos cuſtodes, legiſlatores. " In nova editione Conſuetudinum Comitatus Flandriæ, quas Gallice redditas, una cum textu Belgico, tribus voluminibus in folio publicavit anno 1719. *M. le Grand, Advocat aux Parlemens de Paris & de Flandre*, ibi, inquam, ad Conſ. Gand. Rubr. 1. de origine vocis hæc adfertur ratio, quæ, neſcio, an haud obſcura videri debeat: „ Keure eſt le nom vulgaire en „ Thiois ou Flamen, qui ſe dit en Francois choix, „ election. Et comme l'uſage a eſté dans la Gaule „ Belgique de compoſer en chacun lieu une compagnie de perſonnes choiſies pour rendre la juſti-

„ ce

„ ce, & dont le Magiſtrat a eſté formé pour eſtre la
„ Loy vivante & la ſeule, ces Peuples n'ayant point
„ de Loy eſcrite, ny meſme d'uſage qui fuſſent en
„ quelque façon certains. Cela a fait qu'ils ont fa-
„ cilement confondus les idées de Loy & de regle-
„ ment dans la denomination des Eleus dont cette
„ compagnie eſtoit formée ſous le ſeul nom *la Keure.*

Nec clarior eſt nomenclatura ſcabinorum ſecundi IV.
ſubſellii, *Van Gedeele*, Gallicé, *Parchons*, Marchant.
loc. cit. „ quos *partitionem* vocant, de hæreditati-
„ bus, tutelis, injuriis ſimilibuſque cognoſcentes. "
Similiter l'Eſpinoy „ les autres treize ſeroyent Con-
„ ſeillers ou *Parchons* . . . . auroyent l'adminiſtra-
„ tion & cognoiſſance des maiſons mortuaires, or-
„ phelins, & d'appoinćter les parties qui ſeroyent
„ en querelle les uns avec les autres. " Igitur ab
officio derivatur appellatio. Et quia potiſſimùm co-
gnoſcunt de hæreditatibus, quæ dividuntur (& quæ
Belgice *erfdeele*) dicendi ſunt, *Schepenen van Ge-
deele.* Et huc collimat obſervatio ad Conſ. Gand. cit.
„ PARCHONS la multiplicité & la diverſité des ma-
„ tieres ont fait que Meſſieurs du Magiſtrat de Gand
„ ſe ſont partagez en deux ſieges qu'ils nomment
„ bancs, dont le ſecond connoiſt des matieres de
„ *partage*, lequel pour cette raiſon eſt dit ou nommé
„ en terme walon, *des Parchons*, tirant ſon origine,
„ de ceux de *perſonniers* ou *d'heritiers* dans une ſuc-
„ ceſſion; qui, eſtant ſynoniſmes, ſont fort en uſa-
„ ge dans les couſtumes de delà la Loir en faits de
„ partage, & qui, delà auſſy, ont nommé les Ma-
„ giſtrats qui compoſent ce banc *les Parchons.* "

Hinc jam in aperto eſt, quod fuerit officium, mu- V.
nus, & quæ jurisdićtio ſecundi ſubſellii, ſeu ſcabi-

 norum

norum *Van Gedeele.* Primi ſubſellii ſcabinos *Van der Keure*, appellat Marchantius *legiſlatores*; L'Eſpinoy, „ Les autres treize qui ſeroyent Eſchevins, au„ royent la cognoiſſance du gouvernement de ladicte „ ville, & de toute choſe touchant ledit Eſchevinage. " Porro ex Conſuet. Gandaven. patet, huic tribunali primi ſubſellii, competere omnem auctoritatem, omnemque jurisdictionem, criminalem pariter & civilem, exceptis iis partibus, quæ ſecundo ſubſellio tributæ ſunt. Magna ſane olim Magiſtratus Gandavenſis auctoritas, & præſtantia, & (quid ni dicam? recepto jam vocabulo) præeminentia: quæ intra civitatem minime concluſa, extendit ſe ad clara per Flandriam oppida, locaque, atque adeo ad illuſtres quoque perſonas, etiam exteras, de quibus L'Eſpinoy cit. p. 337. in fin. „ Ledit Magiſtrat a de „ temps immemorial eſté de telle authorité, que de„ vant les Eſchevins d'iceluy ſont comparus des plus „ nobles Seigneurs de ce pays bas, & de divers au„ tres pays & Royaumes, pour y paſſer les contracts „ de leurs mariages, teſtaments, partages, & autres „ divers actes de juſtice, meſmes y ſont comparus „ en leurs perſonnes les Conneſtables de France, „ les Comtes de Bar, d'Arensberghe, & autres Ba„ rons & illuſtres perſonnes, comme le tout appert „ par les regiſtres de ladicte ville. "

VI. Verùm omnem illam jurisdictionem, auctoritatemque in exteros, ſuſtulit *Carolus* V. Imp. in hujus vindictam rebellionis, per articulum 65. Sanctionis Carolinæ, hic apponendum: *Boven deſen hebben wy ter welvaert ende ruſte van onſen voorſeyden Lande van Vlaenderen, ende te verhoeden dat de voorſeyde diviſien ende beroerten niet meer en geſchieden, gheordonneert*

neert ende verklaert dat de voornoemde van onſer ſtede van Ghendt niet meer hebben, noch voert-aen hebben ſullen jurisdictie, authoriteyt, preéminentie, noch overheyt, op den Oudenburght, de Steden ende Caſſelryen van Cortrycke, Audenaerde, Dendermonde, Aelſt, Geeraertsberghe, Nienove, de vier ambachten ende t' Landt van Waes, ende generalyck alle t' ghene dat men gewoonlyck plach te ſeggen ende te heeten de Caſſelrye ende quartier van Ghendt, de welcke zyn ende in der euwigheydt blyven ſullen geſcheeden ende gediſtraheert van de voornoemde van Ghendt, ſonder aen hun-lieden recours te moghen hebben, ende ſonder dat de ſelve van Ghendt die moghen beroepen ofte convoceren by hem, 't zy om 't ſtuck van beden ofte andere.

Integri hujus Magiſtratus, ſeu utriuſque ſubſellii, VII. præſes, cui ſenatus convocandi & dimittendi, ad eum referendi, ac ſententias circumrogandi jus eſt & poteſtas, eſt primi ſubſellii primus ſcabinus, appellaturque proto-ſcabinus, *Voorſchepene van Ghendt*, *Premier Eſchevin de Gand*: eratque (uſque ad annum 1540.) ille, quà talis, Decanus primi membri Civitatis Gandavenſis, ſeu Civium, de quo mox inf. n. X.

Hæc forma reipublicæ adminiſtrandæ a *Philippo* VIII. *Pulchro* introducta, ſtetit annis centum & ſeptuaginta plus minus, prout adnotant auctores citati; qui ſimul obſervant, illo rerum ſtatu, mirum inter cives ortum eſſe ambitum, cum pro ſe quiſque, alius ut maneret, alius ut reciperetur in eum ordinem, decertarent: unde ſæpe graves, tam contra Principem, quam inter cives ipſos, enatæ ſunt diſcordiæ ac turbæ, non ſine bonorum cæde. Per illa tempora, id eſt, circa annum milleſimum trecenteſimum quadrageſimum, introductum eſt, inquit Sanderus, poſt

 alios

alios „ ut civitas in ternas partes, nempe *cives*, *opifi-*
„ *ces* ac *textores* partiretur. “ Et hæ tres partes incolarum conſtituunt tria membra Civitatis, *les trois membres de la Ville*, de quibus auctori noſtro tam frequens ſermo; & quæ Cæſar tulit, abolevit & penitus exſtinxit per Sanct. ſuæ articulum 66.

IX. „ At plebei poſtea quæſtu inſoleſcentes, inquit
„ *Marchantius*, obtinuere, ut illi viginti ſex Scabini
„ ita diſtincti, ex tribus hominum generibus per il-
„ los *octo apolectos* deſumerentur: *Civium* puta, de
„ ſuis redditibus viventium: *Opificum* ſive *quæſtus*:
„ & *Textorum*: plebeis numero potioribus. “

X. Inventa quoque eſt anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo tertio, ſtudio præſertim *Jacobi Arteveldii* (de quo L'Eſpin. pag. 76.) creatio Decanorum, quorum in eam uſque diem nulla memoria fuerat, teſte Sandero, qui porro ita pergit: „ Creatus
„ itaque Decanus Civium, Decanus quæſtus & De-
„ canus Textrinulæ. Decanus civium primus Se-
„ nator erat Civitatis, civibuſque omnibus, qui abſ-
„ que ullo opificio ſuis proventibus vivebant, impe-
„ rabat. Decanus quæſtus quinquaginta duobus
„ Decanis totidem collegiorum opificum præerat,
„ ideo Archidedarchus appellatus. Is ad medium
„ Auguſtum in feriis B. Mariæ, ad biennium crea-
„ batur. Dedarchus Textrinulæ annuus erat, die
„ octavo poſt Paſcha creari ſolitus. Imperabat vicis
„ ſeu tribubus viginti ſeptem, qui & ſinguli ſua
„ vexilla habebant. Decani quinquaginta duorum
„ opificum annui erant, perque prætorem ac Sena-
„ tum mutabantur. Archidecani creationem con-
„ firmavit *Philippus* Princeps (cognomento *Bonus*)
„ anno

„ anno MCCCCXXV. alii quoque Principes in De-
„ canorum omnium creationem aſſenſêre.

„ Illi quoties turbatio aliqua juſta, injuſtave in Ci- XI.
„ vitate oriebatur, perinde ac componendi motus
„ cauſſa cum vexillis, omnibuſque collegiis opifi-
„ cum, in forum prodibant, claſſico per campa-
„ nam, *Rolandus* nomen eſt, dato. Sic ut primus
„ Senator cum vexillis D. Georgii Flandriæ atque
„ oppidi Gandenſis: Supremus vero Decanus cum
„ quinquaginta duorum collegiorum vexillis, ad
„ XXV. & XXX. millia hominum ſæpenumero
„ ſecum aggregarent. Quod a *Philippo* Duce mi-
„ nus utile judicatum, abolitumque, per alios mox
„ Principes reſtitutum; a Carolo demum V. Princi-
„ pe glorioſo lege perpetua abrogatum eſt.

Atque hæc ita commemorare oportuit, ut ne de- XII.
tineatur paſſim & hæſitet lector. Quoties igitur ſermo eſt de *Scabinis utriuſque ſubſellii ac de duobus Decanis* veluti N. 7. & dein frequentiſſime: *Les Eſchevins des deux bancqs & deux doyens*, ne miretur, tertium Decanum ſubticeri, is enim inter primi ſubſellii ſcabinos continetur, nempe primus ſcabinus, *Voorſchepen*, *Premier Eſchevin.*

Duos porro *Decanos* cum legis, memento ſermo- XIII.
nem eſſe de *decanis majoribus*, qui ſunt numero tres. Decanus *Civium*, jam dictus proto-ſcabinus. Decanus *Opificum* ſeu *quæſtus*, vulgò, *Doyen des Meſtiers.* Et Decanus *Textorum* vel *Textrinulæ*, vulgo, *Doyen des Tiſſerans.*

Decani *minores*, ſunt ſingulorum opificiorum deca- XIV.
ni, quibus quinquaginta duobus præerat Decanus *Quæſtus*, *Doyen des Meſtiers*, dictus propterea a Sandero *Archidecarchus*, *Archidecanus.* Et ideo auctor

noſter

noſter N. III. *Le Grand Doyen & communs Doyens.* Et quinimo apud L'Eſpinoy conſtanter lego: *le ſouverain Doyen des meſtiers eſtoit* &c.

